 quam nos amplius prouoces, ne duos ualde in asperitate  
 40 sentias, quos erga te positos in caritate contemnis. Res-  
 tituto igitur loco suo Honorato archidiacono, instructam  
 personam sub festinatione trans mitte, qui mihi hoc de-  
 bere ex ratione fieri suis possit allegationibus demon-  
 strare. Eundem namque archidiaconem ad nos uenire  
 45 decreuimus, ut quicquid iustum, quicquid omnipotenti  
 Deo placitum fuerit, cognitis assertionibus partium, de-  
 cernamus. Nos enim nullum pro personali amore defen-  
 dimus, sed auctore Deo normam iustitiae, postposita  
 cuiuslibet personae acceptione, custodimus.

de mon prédécesseur de sainte mémoire, et c'est main-  
 tenant la mienne, de faire une enquête minutieuse. Mais  
 toi, conscient de ce que tu avais fait, tu as différé  
 d'envoyer pour l'enquête une personne munie d'instruc-  
 tions. Par conséquent, que Ta Fraternité vienne à rési-  
 piscence pour la faute qu'elle a commise après de si  
 fréquentes admonitions, et rétablisse en son rang ledit  
 Honorat aussitôt qu'elle aura reçu ma lettre. Que si par  
 hasard tu diffères de le faire, sache que te sera ôté l'usage  
 du pallium qui a été concédé par ce Siège. Et si, même  
 après la perte du pallium, tu persistes encore dans ton  
 obstination, sache que tu seras privé de la participation  
 au corps et au sang du Seigneur. Après quoi, il faut que  
 tu saches qu'examinant minutieusement ton cas, nous  
 déciderons avec le plus grand soin et après enquête si tu  
 dois être maintenu dans l'épiscopat lui-même. Quant à  
 celui qui, contre la règle de la justice, a consenti à être  
 promu au rang d'un autre, nous le déposons de l'honneur  
 de cet archidiaconat. Et s'il se permet d'en remplir la  
 fonction, il se saura privé de la participation de la sainte  
 communion. Toi donc, frère très cher, ne nous provoque  
 pas davantage, de peur que tu ne nous trouves très dur  
 dans la sévérité, nous que tu méprises, alors que nous  
 sommes établi dans la charité. L'archidiacre Honorat  
 ayant donc été rétabli en son rang, envoie en hâte une  
 personne munie d'instructions, qui puisse me prouver par  
 ses affirmations ce qui doit être fait raisonnablement. Et  
 nous décrétons que ce même archidiacre vienne nous  
 voir, pour que, ayant pris connaissance des assertions  
 des parties, nous décidions tout ce qui est juste, tout ce  
 qui plaira à Dieu tout-puissant. Quant à nous, nous ne  
 défendons personne par affection personnelle, mais, selon  
 la volonté de Dieu, nous gardons la norme de la justice,  
 rejetant toute acception de quelque personne que ce soit.

## II, 18

GREGORIVS VNIVERSIS EPISCOPIS DELMATIAS  
CONSTITVTIS

Fraternitatem uestram licet desideremus scriptis frequenter discurrentibus uisitare, tum praeterea cum res exigit utraque cupimus negotii unius occasione persoluere, ut et fraternos de uisitatione releuemus animos, et  
5 quae superueniunt, ne mentem possint ignorata confundere, subtilius explicare. Frater itaque noster Natalis, Salonitanae ciuitatis episcopus, cum Honoratum archidiaconem sedis suae ad ordinem prebyteratus uellet prouehere, ac deinceps ille ad sublimiorem gradum crescere declinaret, a sanctae memoriae decessore meo, missa  
10 supplicatione, poposcerat ne ad hunc ordinem inuitus accederet. Hoc enim fieri sibi non prouehendi gratia sed causa ingratitude perhibebat. Pro qua re tunc iam sanctae memoriae decessor noster scripta Natali fratri  
15 caepiscopoque nostro direxerat, interdicens ne praedictum Honoratum archidiaconem inuitum proueheret, neue dolorem conceptae ingratitude in corde retineret. Cumque et a nobis haec eidem summopere fuerint interdicta, non solum mandata Dei neglegens sed et scripta nostra

1. Cf. I, 10.

## II, 18

*PL : II, 19 ; MGH : II, 21 - Mars 592*

Grégoire signifie aux évêques de Sicile l'ordre qu'il a donné à Natalis, archevêque de Salone, dans la lettre précédente, de rétablir son archidiacre Honorat et d'ouvrir son procès devant lui-même.

## GRÉGOIRE A TOUS LES ÉVÊQUES DE DALMATIE

Bien que nous souhaitions visiter fréquemment Votre Fraternité par un commerce fréquent de lettres, surtout lorsque la matière l'exige, nous désirons, à l'occasion d'une affaire particulière, nous acquitter de deux choses à la fois : soulager par une visite des âmes fraternelles et expliquer les choses qui surviennent de façon plus précise, pour que le manque de connaissance ne puisse induire les esprits en erreur.

Notre frère Natalis<sup>1</sup>, évêque de la cité de Salone, voulait promouvoir à l'ordre de la prêtrise Honorat, archidiacre de son siège. Mais celui-ci se refusant à gravir un degré plus élevé, avait alors adressé à mon prédécesseur de sainte mémoire une requête le suppliant de pouvoir ne pas accéder à cet ordre contre son gré. Il prétendait en effet qu'on agissait ainsi envers lui non pour le gratifier d'une promotion, mais par ressentiment. Pour ce motif notre prédécesseur de sainte mémoire avait alors déjà écrit à notre frère et collègue dans l'épiscopat Natalis, lui interdisant de promouvoir ledit archidiacre Honorat contre son gré, et lui disant de ne plus conserver en son cœur le pénible ressentiment qu'il avait conçu. Et comme nous avons pris grand soin de lui réitérer cette interdiction, non seulement négligeant les commandements de Dieu, mais méprisant aussi nos lettres, il entre-

20 contemnens, praefatum archidiaconem ut dicitur contra morem quasi ad fortio rem honorem prouehens conatus est callide degradare. Vnde actum est ut, eo de archidiaconatus loco submoto, alium arcesceret, qui in loco depositi archidiaconi ministraret. Quem scilicet Honoratum arbitramur antistiti suo displicere propterea potuisse, quod eum uasa sacra suis dare parentibus prohibebat. Quam causam et tunc sanctae memoriae decessor meus et nunc ego subtili uoluimus indagacione discutere. Sed is ipse sibi conscius personam ad iudicium postpositum destinare, ne actuum eius discussa potuisset ueritas apparere. Nos itaque tot iam scriptis admonitum et hactenus pertinaciter obstinatum, scriptis iterum directis, per praesentium latorem curauimus admonendum quatenus Honoratum archidiaconem, coniungente statim praesentium latore, in priori loco susciperet. Quem si obdurato adhuc corde contumaciter ad eundem gradum reuocare forte postponeret, usu eum pallii, qui ab hac sede concessus est, pro contumacia tot uicibus admissa priuari praecipimus. Si uero, etiam amisso pallio, adhuc in eadem pertinacia perseuerauerit, a Domini quoque corporis ac sanguinis eum participatione praecipimus submoueri. Aequum enim est ut asperos de iustitia sentiat, quos erga se positos in caritate contempsit. Nos itaque nec nunc quidem a iustitiae, quam praefatus antistes despexit, semita deuiamus. Sed restituto in loco suo eo, cuius nobis culpa minime patuit, praecipimus Natalem episcopum instructam ad nos dirigere debere personam, qui rectam eius esse intentionem suis possit nobis allegationibus

2. *Semita iustitiae*, expression biblique ; par ex. Ps. 22, 3 ; Prov. 2, 8 ; 12, 28 ; Is. 40, 14.

prit avec ruse de dégrader ledit archidiacre, comme si cette action contraire à la coutume avait pour but la promotion à un honneur plus élevé. Il arriva donc qu'après avoir écarté celui-ci de son rang d'archidiacre, il en chercha un autre pour remplir l'office de l'archidiacre déposé. Nous supposons qu'Honorat a pu déplaire à son prélat pour la raison qu'il s'opposait à ce qu'il donnât des vases sacrés à ses parents.

Sur cette affaire, c'était alors la volonté de mon prédécesseur de sainte mémoire, et c'est maintenant la mienne, de faire une enquête scrupuleuse. Mais lui, conscient de ce qui le concernait, a sans cesse remis la désignation d'une personne pour le jugement, afin que la vérité ne puisse se faire par une discussion de ses actes. Lui qui, déjà averti par tant de lettres, a persisté jusqu'à présent dans son obstination, nous lui avons donc donné un sérieux avertissement par une lettre à lui remise de nouveau par le porteur des présentes : que dès l'arrivée de ce porteur il rétablisse dans sa charge antérieure l'archidiacre Honorat. Si par hasard son cœur reste endurci, et s'il remet encore opiniâtrement à plus tard sa réintégration dans le même office, nous avons ordonné que, pour l'entêtement dont il a fait preuve tant de fois, il soit privé de l'usage du pallium qui lui avait été concédé par notre Siège. Et si, même après la privation du pallium, il persévère encore dans la même obstination, nous ordonnons qu'il soit écarté de la participation au corps et au sang du Seigneur. Car il est juste qu'ayant méprisé ceux qui étaient avec lui établis dans la charité, il les sente rigoureux en matière de justice.

Nous donc, ne dévions pas maintenant des sentiers de la justice<sup>2</sup>, que cet évêque a méprisés. Mais, une fois rétabli en sa charge celui dont la faute ne fut pas évidente, nous ordonnons à l'évêque Natalis de nous envoyer une personne munie de ses instructions, qui puisse nous prouver par ses attestations que son intention

demonstrare. Nam et eundem archidiaconem uenire fecimus, ut quicquid iustum, quicquid omnipotenti Deo placitum fuerit, cognitis assertionibus partium, decernamus. Nullum namque pro personali amore defendimus sed, auctore Deo, normam iustitiae, postposita cuiuslibet personae acceptione, custodimus.

## II, 19

### GREGORIVS ANTONINO SVBDIACONO

Honoratus, archidiaconus ecclesiae Salonitanae, a sanctae memoriae decessore meo, missa supplicatione, poposcerat ut ab antistite suo inuitus prouehi ad fortioris gradus ordinem contra morem nullomodo cogeretur. Hoc enim fieri sibi non prouehendi gratia sed causa ingrati-  
 5 tudinis perhibebat. Pro qua re tunc iam sanctae memoriae decessor noster scriptis Natali fratri coepiscopoque nostro interdixerat ne praedictum Honoratum archidiaconem inuitum proueheret, neue dolorem conceptae ingrati-  
 10 tudinis diutius in corde retineret. Quoniam et a me haec eidem summopere fuerint interdicta, non solum mandata Dei negligens sed et scripta nostra contemnens, praefatum archidiaconem quasi ad fortiorem honorem prouehens conatus est arte callida degradare. Vnde actum est

1. Dans la lettre III, 32, d'avril 593, Antonin est dit « sous-diacre et recteur du patrimoine de l'Église romaine là-bas », c'est-à-dire à Salone. Grégoire lui écrit : III, 9, 22 ; et III, 22 est adressée au sous-diacre et recteur du patrimoine en Dalmatie. Comme on le voit dans notre lettre et dans les suivantes, Antonin partait alors pour Salone, sans doute tout nouvellement promu recteur de ce patrimoine. C'est pourquoi cette nomination lui a été remise par le pape avant de commencer son voyage, avec les lettres II, 17, 18, 20.

2. Cf. I, 10.

était droite. Nous avons fait venir également ledit archidiaque pour que nous puissions discerner, après avoir pris connaissance de ce que soutiennent les parties, ce qui sera juste et ce qui plaira à Dieu tout-puissant. Nous ne défendons personne pour des motifs de préférence personnelle, mais, selon la volonté de Dieu, nous gardons la norme de la justice, rejetant toute acception de quelque personne que ce soit.

## II, 19

*PL : II, 20 ; MGH : II, 22 - Mars 592*

Que le sous-diacre Antonin aille à Salone exhorter l'évêque Natalis à réintégrer l'archidiaque Honorat, et montre de la sévérité s'il s'y refuse. L'évêque Malchus devra venir le voir.

### GRÉGOIRE AU SOUS-DIACRE ANTONIN<sup>1</sup>

Honorat, archidiaque de l'Église de Salone<sup>2</sup>, avait demandé par une supplique à mon prédécesseur de sainte mémoire, de n'être en aucune façon promu par son évêque, malgré lui et contre la coutume, à l'ordre supérieur. Il prétendait en effet qu'on agissait ainsi envers lui non pour le gratifier d'une promotion, mais par ressentiment. Pour cette raison notre prédécesseur de sainte mémoire avait alors interdit par écrit à notre frère et collègue dans l'épiscopat Natalis de promouvoir ledit archidiaque Honorat contre son gré, et de garder plus longtemps dans son cœur le pénible sentiment qu'il avait conçu. Et comme j'ai pris grand soin de lui réitérer cette interdiction, non seulement négligeant les commandements de Dieu, mais aussi méprisant nos lettres, il entreprit avec ruse de dégrader ledit archidiaque, comme s'il avait pour but de le promouvoir à un honneur plus élevé.

15 ut, eo de archidiaconatus loco submoto, alium arcesceret,  
 qui eius obtemperare moribus potuisset. Quem Honoratum  
 archidiaconem arbitramur antistiti suo aliunde dis-  
 20 plicere non potuisse, nisi quod eum uasa sacra suis dare  
 parentibus prohibebat. Quam causam subtili uoluimus et  
 tunc sanctae memoriae decessor meus et nunc ego in-  
 dagatione discutere. Sed is ipse suorum sibi actuum  
 conscius personam ad iudicium postposuit destinare.  
 Proinde experientiam tuam praesentis praecepti auctori-  
 tate duximus fulciendam, quatenus, coniungens in Salo-  
 25 nam, Natalem fratrem coepiscopumque nostrum saltim  
 tot scriptis admonitum studeat adhortari ut supra me-  
 moratum archidiaconem in suo statim loco suscipiat.  
 Quod si facere hoc contumaciter ut consuevit forte dis-  
 tulerit, usum ei pallii, qui ab hac sede concessus est, ex  
 30 auctoritate sedis apostolicae contradicito. Quem si, etiam  
 amisso pallio, adhuc in eadem pertinacia perseuerare  
 perspexeris, Dominici quoque corporis ac sanguinis eun-  
 dem antistitem participatione priuabis. Eum uero qui  
 contra iustitiae regulam ad locum alterius prouehi  
 35 consensit, ab eiusdem archidiaconatus honore deponi  
 praecipimus. Qui si ulterius in loco eodem ministrare  
 praesumpserit, communionis sacrae participatione priua-  
 mus. Aequum enim est ut asperos de iustitia sentiat, quos  
 erga se positos in caritate contemnit. Restituto igitur loco  
 40 suo Honorato archidiacono, instructam personam supra-  
 dictus antistes, te compellente, dirigat, qui intentionem  
 eius esse uel fuisse iustam suis mihi allegationibus possit  
 demonstrare. Sed et eundem archidiaconem ad nos uenire  
 praecipimus, ut quicquid iustum, quicquid omnipotenti

Il arriva donc qu'après avoir écarté celui-ci de son rang  
 d'archidiacre, il en chercha un autre qui puisse être docile  
 à ses manières de faire. Nous supposons que cet archi-  
 diacre Honorat n'a pu déplaire à son évêque autrement  
 que par le fait qu'il s'opposait à ce qu'il donnât des  
 vases sacrés à ses parents. Sur cette affaire c'était alors  
 la volonté de mon prédécesseur de sainte mémoire et  
 c'est maintenant la mienne, de faire une scrupuleuse  
 enquête. Mais lui, conscient de ses actes, a sans cesse  
 remis la désignation d'une personne pour le jugement.  
 C'est pourquoi nous avons cru devoir munir Ton Expé-  
 rience de l'autorité du présent ordre pour qu'elle ren-  
 contre à Salone notre frère et collègue dans l'épiscopat  
 Natalis, déjà averti tant de fois par écrit, de l'exhorter à  
 replacer immédiatement à son rang ledit archidiacre. Que  
 si par hasard, comme il en a eu l'habitude, il différerait  
 opiniâtement de le faire, interdis-lui en vertu de l'autorité  
 du Siège apostolique l'usage du pallium concédé par ce  
 Siège. Et si, même après la privation du pallium, tu  
 t'aperçois qu'il persévère dans la même obstination, tu  
 priveras ce même évêque de la participation au corps et  
 au sang du Christ. Quant à celui qui, contre toute règle  
 de justice, a consenti à être promu à la place d'un autre,  
 nous prescrivons qu'il soit déposé de l'honneur de l'ar-  
 chidiaconat. Et si, dans la suite, il se permettait de  
 remplir ce ministère, nous le privons de la participation  
 à la sainte communion. Il est juste, en effet, qu'ayant  
 méprisé ceux qui étaient avec lui établis dans la charité,  
 il les sente rigoureux en matière de justice. Après avoir  
 rendu sa fonction à l'archidiacre Honorat, que l'évêque  
 en question envoie sur ton ordre une personne munie de  
 ses instructions, qui puisse me prouver par ses attesta-  
 tions que son intention est ou était droite. Mais nous  
 ordonnons en même temps que vienne à nous ce même  
 archidiacre afin que nous puissions discerner, après avoir  
 pris connaissance de ce que soutiennent les parties, ce

45 Deo placitum fuerit, cognitis assertionibus partium, decernamus. Nos enim nullum pro personali amore defendimus sed, auctore Deo, normam iustitiae, postposita cuiuslibet acceptione, seruamus.

50 Malchum uero fratrem coepiscopumque nostrum curabis fideiussori committere, ut ad nos quantocius ueniat, quatenus omni mora ac dilatione postposita, actionum suarum expositis ratiociniis, ad propria cum securitate ualeat remeare.

## II, 20

GREGORIVS IOBINO PRAAEFFECTO PRAETORIO ILLYRICI

Licet ad reddenda paternae caritatis officia hostilitate itineris occupati raritas portitorum impediatur, quotiens tamen occasio inciderit, excellentiam uestram non desistimus scriptis discurrentibus uisitare, quatenus horum quorum aspectum praesentium uidere non possumus, eos aliquatenus scriptis ualeamus alternantibus intueri. Gaudemus itaque, quod eminentiae uestrae regimine afflictae Dominus uoluit prouinciae consulere, ut, quam ex una parte flagello barbaricae uastationis ulcerat, hanc ex alia

3. Malchus, évêque en Dalmatie. Alors que, avant Antonin, semble-t-il, il était recteur du patrimoine dalmate (cf. I, 36), il avait refusé de rendre compte à Grégoire d'affaires mal gérées. Cf. II, 38 ; III, 22 ; V, 6.

4. C'est-à-dire en Sicile (cf. III, 22).

1. La Dalmatie fait partie de la préfecture du prétoire d'Illyrie ; cf. I, 43.

2. Nous avons vu à propos de I, 43 les invasions des Avars et des Slaves qui ont eu lieu à cette époque.

qui sera juste, ce qui plaira à Dieu tout-puissant. En effet nous ne défendons personne pour des motifs de préférence personnelle, mais nous gardons, par la volonté de Dieu, la norme de la justice, rejetant toute acception de quelque personne que ce soit.

Tu veilleras aussi à confier Malchus<sup>3</sup>, notre frère et collègue dans l'épiscopat, à une personne de confiance, afin qu'il vienne à nous au plus vite, de sorte qu'en écartant tout retard ou manœuvre dilatoire, il puisse rentrer chez lui<sup>4</sup> en toute sécurité, après avoir rendu compte de son activité.

## II, 20

PL : II, 21 ; MGH : II, 23 - Mars 592

Grégoire loue l'administration de Jobin, préfet du prétoire d'Illyrie, et lui recommande Antonin, recteur du patrimoine. Qu'il n'apporte pas son soutien à Natalis, évêque de Salone.

GRÉGOIRE A JOBIN, PRÉFET  
DU PRÉTOIRE D'ILLYRIE<sup>1</sup>

Bien que, du fait que l'ennemi occupe les routes<sup>2</sup>, la rareté des porteurs nous empêche de remplir les offices de la charité paternelle, chaque fois cependant que l'occasion s'en présente, nous ne cessons de visiter Votre Excellence par un commerce fréquent de lettres, de sorte que ceux dont nous ne pouvons voir le visage, nous puissions comme les apercevoir dans le dialogue de la correspondance. C'est pourquoi nous nous réjouissons de ce que le Seigneur a voulu s'occuper d'une province affligée, par le gouvernement de Votre Éminence : ainsi cette province, que d'une part il avait blessée par le fléau de la dévastation barbare, celle-là d'autre part il la guérit



10 per eminentiam uestram quasi per superductam salutem  
 curet. Largitam ergo uobis dignitatem ex solo munere  
 donantis attendite, et ex ipsa concessi regiminis adminis-  
 tratione conditorem uestrum erga uos placabiliorem fa-  
 cite, quatenus, cum ipse quod largitus est meritis bono-  
 15 rum operum ad suam uiderit gloriam reuocari, et in hac  
 uos uita clariores efficiat, et praemia uobis caelestis regni  
 concedat. Praesentium igitur latorem, quem illic pro ipsa  
 exigui patrimonioli administratione direximus, uestrae ex-  
 cellentiae commendamus. Nos enim caritatis uestrae  
 20 connexi uinculo Dominum petimus, qui sic actus uestros  
 in hac uita dirigat, ut ipsorum merito ad aeterna uos  
 regna perducatur.

Natali autem fratri et coepiscopo nostro in nullo uestra  
 gloria contra iustitiam opem ferat, quia tanto necesse est  
 25 ut canonicae ultionis uindictam sentiat, quanto et ipsam  
 regulam canonicam ignorat.

## II, 21

### GREGORIVS MAXIMIANO EPISCOPO SYRACVSANO

Felix uir clarissimus praesentium lator edocuit nos esse  
 quendam in illis partibus presbyterum, qui ad episcopatus  
 ordinem prouehi probatae uitae merito dignus appareat.

3. C'est-à-dire le sous-diacre Antonin, dont il a été question aux lettres précédentes.

4. Sur Natalis, évêque de Salone, cf. lettres précédentes.

1. Sur Maximien, voir II, 5.

par Votre Éminence comme par un salut apporté d'en haut. Faites donc attention à la dignité qui vous est libéralement donnée par la seule faveur du Donateur ; et par l'administration même du gouvernement qui vous est concédé, rendez votre Créateur plus favorable envers vous. De la sorte, lorsqu'il verra que ce dont il vous a fait don retourne à sa gloire par les mérites de vos bonnes œuvres, alors, en cette vie qu'il vous rende plus illustre, puis qu'il vous accorde les récompenses du royaume céleste. Nous recommandons donc à Votre Excellence le porteur des présentes<sup>3</sup> que nous avons envoyé là pour administrer ce tout petit patrimoine. Pour nous, enchaîné par le lien de votre charité, nous demandons au Seigneur qu'il dirige vos actes en cette vie de telle façon qu'il vous conduise par leur mérite au royaume éternel.

Mais que Votre Gloire n'apporte en rien son soutien, à l'encontre de la justice, à Natalis<sup>4</sup> notre frère et collègue dans l'épiscopat, parce qu'il est d'autant plus nécessaire qu'il sente le châtement de la peine canonique, qu'il ignore cette même règle canonique.

## II, 21

(*PL et MGH : II, 24*)

(*Mars 592*)

Que Maximien, évêque de Syracuse, envoie un prêtre que lui a demandé le chartulaire Félix, s'il le juge digne de l'épiscopat.

### GRÉGOIRE A MAXIMIEN, ÉVÊQUE DE SYRACUSE<sup>1</sup>

Félix, clarissime, porteur des présentes, nous a appris qu'il y a dans ces régions un prêtre qui semble digne par le mérite de sa vie d'être promu à l'ordre de l'épiscopat.

Hunc ergo fraternitas tua coram se deduci faciat, eumque  
 5 sicut certus sum propter animae periculum diligenter  
 examinet. Quem si ad hunc prouehi gradum dignum esse  
 perspexerit, ad nos studeat destinare, ut eum, Domino  
 disponente, loco cui praeuiderimus possimus ordinare  
 pastorem. Praesentium uero latorem Felicem uirum cla-  
 10 rissimum cartularium salua fraternitati tuae iustitia  
 commendamus, quatenus in his quae iuste poposcerit  
 paternum inuenire possit affectum.

## II, 22

GREGORIVS BENENATO EPISCOPO VISITATORI CVMAS

Quoniam Cumanae ecclesiae Liberius quondam anti-  
 stes de hac luce migrasse cognoscitur, propterea uisita-  
 tionis destitutae ecclesiae fraternitati tuae operam sollem-  
 niter delegamus. Quam ita te conuenit exhibere, ut nihil  
 5 de prouectionibus clericorum, reditu, ornatu ministe-  
 riisque, uel quicquid illud est, a quoquam praesumatur  
 ecclesiae. Et ideo caritas tua ad praedictam ecclesiam ire  
 properabit, et assiduis adhortationibus clerum plebemque  
 eiusdem ecclesiae admonere te uolumus ut, remoto stu-

2. Félix, appelé dans cette lettre « chartulaire » est nommé « Félix en Sicile » en IX, 41, 91, 92 avec le titre de « glorieux ». Ces autres lettres nous apprennent qu'il avait des propriétés en Sicile.

1. Benenatus était évêque de Misène, comme nous le savons par II, 37 ; IX, 122, 164. Inculpé de fautes graves dès avant décembre 598, il fut dégradé par Grégoire de l'épiscopat (cf. IX, 81).

2. Cette formule se retrouve à peu près identique en II, 32 ; V, 21 ; VI, 21 ; VII, 16 ; IX, 81, 100, 185 ; XIII, 14, 19.

Que Ta Fraternité le fasse donc venir en sa présence, et qu'elle l'examine avec diligence, comme je suis certain qu'elle le fera à cause du péril qu'il y a pour son âme. Si elle voit clairement qu'il est digne d'être promu à ce rang, qu'elle prenne soin de nous l'envoyer pour que nous puissions, si Dieu le veut, l'ordonner pasteur pour le lieu que nous prévoyons. Nous recommandons le porteur des présentes, Félix le chartulaire<sup>2</sup>, clarissime, pour que Ta Fraternité, tout en observant la justice, lui témoigne des sentiments paternels dans les choses qu'il demande justement.

## II, 22

(*PL et MGH : II, 25*)  
 (*Mars 592*)

Benenatus, évêque de Misène, est fait visiteur de l'Église de Cumes, dont l'évêque Libère est mort. Qu'il prenne soin de l'élection d'un nouvel évêque.

GRÉGOIRE A BENENATUS ÉVÊQUE,  
 VISITEUR A CUMES<sup>1</sup>

Puisque l'on sait que Libère, qui était évêque de l'Église de Cumes, a quitté la lumière de cette vie, pour cette raison nous délèguons solennellement à Ta Fraternité le soin de la visite de l'Église orpheline<sup>2</sup>. Il convient que tu l'effectues de telle sorte qu'aucune personne de cette Église ne s'arroge quelque droit que ce soit sur les promotions de clercs, sur les revenus, les ornements et les vases sacrés ou toute autre chose. Ta Charité se hâtera donc de se rendre en ladite Église, et nous voulons que tu adresses au clergé et au peuple de cette Église des exhortations assidues, afin que, écartant toute partialité,

10 dio, uno eodemque consensu talem sibi praeficiendum  
 expetant sacerdotem qui et tanto ministerio dignus ualeat  
 repperiri, et a uenerandis canonibus nullatenus respuatur.  
 Qui dum fuerit postulatus, cum sollemnitate decreti om-  
 15 monio subscriptionibus roborati et dilectionis tuae testi-  
 monio litterarum ad nos sacrandus occurrat. Commo-  
 nentes etiam fraternitatem tuam ut nullum de altera eligi  
 permittas ecclesia, nisi forte inter clericos ipsius ciuitatis  
 in qua uisitationis impendis officium nullum ad episco-  
 20 patum dignus, quod euenire non credimus, potuerit inue-  
 niri. Prouisurus ante omnia ne ad cuiuslibet conuersatio-  
 nis meritum laicae personae aspirare praesumant, et tu  
 periculum ordinis tui, quod absit, incurras.

## II, 23

GRIGORIVS IOHANNI EPISCOPO VISITATORI NEPESINO

Quoniam Paulo fratri et coepiscopo nostro Neapoli-  
 5 tanae ecclesiae operam uisitationis iniunximus, idcirco  
 fraternitas tua ecclesiae Nepesinae uisitationem non de-  
 sistat assumere, quatenus, exigente paschali festiuitate,  
 quicquid sacrorum sollemnitas poscit, te operante modis  
 omnibus impleatur. Donec igitur quid de persona prae-  
 dicti fratris et coepiscopi nostri agendum sit deliberare

1. Le siège épiscopal de cet évêque Jean n'est pas indiqué. Il est possible qu'il s'agisse de Jean, évêque de Squillace dans le Bruttium, dont le siège était sans doute détruit, et qui est institué de la même façon visiteur de Crotona en II, 33.

2. Évêque de Nepi.

3. Cf. II, 8, 9, 10, 14.

4. Pâques tombe en 592 le 6 avril.

ils fassent choix unanimement, pour les diriger, d'un évêque tel qu'il mérite d'être trouvé digne d'un si grand ministère, et n'en soit écarté en aucune façon par les vénérables canons. Lorsqu'il sera postulé, qu'il vienne à nous pour être consacré, muni du solennel décret portant les souscriptions de tous, et du témoignage des lettres de Ta Dilection. Nous avertissons aussi Ta Fraternité de ne pas permettre que quiconque soit élu d'une autre Église, à moins que par hasard aucun des clercs de cette cité dans laquelle tu remplis l'office de la visite, ne puisse être trouvé digne de l'épiscopat, éventualité à laquelle nous ne croyons pas. Tu veilleras avant toutes choses à ce qu'ils ne se permettent pas de favoriser le mérite d'une personne laïque, quelle que soit sa conduite, ce qui, à Dieu ne plaise, ferait mettre en péril le rang que tu tiens.

## II, 23

(*PL et MGH : II, 26*)

(*Mars 592*)

Un certain évêque Jean est institué visiteur de l'Église de Népi dont l'évêque Paul accomplit la visite de Naples.

GRÉGOIRE A JEAN, ÉVÊQUE,  
 VISITEUR DE NEPI<sup>1</sup>

Puisque nous avons enjoint à Paul<sup>2</sup> notre frère et collègue dans l'épiscopat, de faire la visite de l'Église de Naples<sup>3</sup>, que Ta Fraternité, pour cette raison, veille à assumer la visite de l'Église de Nepi, de sorte que, quand les fêtes de Pâques<sup>4</sup> le demanderont, tout ce que réclament ces solennités sacrées soit accompli en tous point par tes soins. Donc, jusqu'à ce que nous puissions décider ce qui doit être fait au sujet de la personne de

possimus, ita in cunctis se fraternitas tua sollertem uigilantemque studeat exhibere, ut praedictus uir absens nullomodo sentiatur.

MENSE APRILI INDICTIONE X

II, 24

GREGORIVS RVSTICIANAE

Epistulam excellentiae uestrae suscipiens uotiuo sum incolomitatis eius nuntio releuatus, optans ut uitam actusque uestros sua misericordia Dominus et protegat et disponat. Valde autem miratus sum cur deliberatae uiae eundi ad loca sancta intentionem et uotum boni operis deflexistis, dum, si quando bonum aliquod dono Conditoris in corde concipitur, celeri necesse est deuotione compleri, ne, dum callidus insidiator animum irretire nititur, subinde impedimenta suggerat, quibus ad effectum minime desideria sua mens occupationibus debilitata

1. Rusticana, toujours appelée patricienne dans les autres lettres. Petite-fille de Symmaque, lui-même petit-fils ou arrière-petit-fils de Boèce, la patricienne Rusticana avait vécu à Rome. En 592 elle est à Constantinople, où elle semble avoir une grande influence à la Cour de l'empereur. Cf. IV, 44 ; VIII, 22 ; XI, 25, 26 ; XIII, 24. Le Registre mentionne (IV, 44 ; VIII, 22 ; XIII, 24) ses enfants Eudoxius, Gregoria et Eusébie. Celle-ci épousa Appion, grand seigneur égyptien. Elle possède des biens en Italie et en Sicile, qu'elle fait administrer par un *vicedominus* ayant rang de clarissime (IX, 84).

2. Elle avait fait vœu d'aller au Mont Sinaï, comme nous l'apprend IV, 44 où Grégoire lui reproche (août 594) d'avoir écourté son pèlerinage.

notre dit frère et collègue dans l'épiscopat, que Ta Fraternité prenne soin de se montrer en tout industrieux et vigilant, pour que l'absence de cet homme ne se fasse sentir en aucune façon.

AVRIL 592

II, 24

(*PL et MGH : II, 27*)

(*Avr. 592*)

Il regrette que la patricienne Rusticana n'ait pas tenu son vœu de visiter les lieux saints. Il attribue à la miséricorde divine le fait que les calomnies de Passivus contre elle aient été repoussées par l'empereur. Salutation à divers amis de Constantinople.

GRÉGOIRE A RUSTICIANA <sup>1</sup>

En recevant la lettre de Votre Excellence, je suis soulagé par l'annonce désirée de sa bonne santé, souhaitant que le Seigneur protège et dispose votre vie et vos actions dans sa miséricorde. Mais je me suis grandement étonné de ce que vous vous soyez détournée de votre dessein du voyage projeté d'aller aux lieux saints<sup>2</sup> et du vœu d'une bonne œuvre, alors que, s'il arrive que quelque bien est conçu dans le cœur par un don du Créateur, il faut qu'il soit accompli avec un pieux empressement ; autrement, quand le rusé tentateur s'efforce d'enfermer une âme dans ses filets il suggère successivement des empêchements, par lesquels un esprit affaibli par ses occupations ne mène plus ses désirs à exécution. C'est pourquoi il est nécessaire que Votre Excellence prévoie

perducatur. Vnde necesse est excellentiam uestram omnibus  
 impedimentis piis causis obuiantibus anteire, et ad fruc-  
 tum boni operis totis cordis nisibus inhiare ut et in  
 praesenti saeculo tranquille uiuere, et in futuro caeleste  
 15 regnum ualeat possidere. Illud autem quod scripsistis  
 Passium contra uos aliquas molitum fuisse calumnias,  
 piissimos uero imperatores non solum libenter non au-  
 disse sed etiam aspere suscepisse, cuius hoc fuerit donum  
 perpendite, et ad eum qui hominibus in hoc saeculo, ne  
 20 quantum appetunt nocere ualeant, potenter obuiat, totam  
 spem mentis inflectite, quatenus prauas hominum uolun-  
 tates brachii sui oppositione reuerberet, conatusque eo-  
 rum ut consuevit misericorditer ipse confringat.

Gloriosum domnum Appionem et domnam Eusebiam,  
 25 domnum Eudoxium et domnam Gregoriam mea per uos  
 deprecor uice salutari.

## II, 25

### GREGORIVS IOHANNI EPISCOPO RAVENNATI

Dominicis mandatis praecipimur proximos sicut nos-  
 metipsos diligere eorumque languoribus tamquam pro-  
 priis infirmitatibus condolere. Quorum memor uestra fra-

3. Sur Passivus nous ne savons rien par le Registre ni par les historiens byzantins.

4. L'empereur Maurice (avec le pluriel de majesté dans le texte).

5. Sans doute les fils et fille de Rusticana. Grégoire salue Appion, Eusébie et leurs fils en IV, 44, Eusebius en VIII, 22. XIII, 24 est écrite à Eusébie, et Grégoire l'appelle fille de Rusticana en VIII, 22. Appion était donc l'époux d'Eusébie dont Eudoxe était le frère et sans doute Grégoria la sœur. Il sera plus tard question en plusieurs lettres d'un neveu de Rusticana, Strategius, fils d'Eusébie.

tous les empêchements qui se présenteraient à l'encontre des causes pieuses et aspire de toutes les forces de son cœur au fruit d'une bonne œuvre, afin de vivre en tranquillité dans le siècle présent et, dans le futur, de posséder le royaume des cieux. Quant à ce que vous avez écrit, que Passivus<sup>3</sup> a ourdi quelques calomnies contre vous, mais que le très pieux empereur<sup>4</sup> non seulement ne l'a pas écouté volontiers mais l'a même reçu durement, réfléchissez de qui ce fut un don, et dirigez toute l'espérance de votre esprit vers celui qui s'oppose puissamment aux hommes en ce monde, pour qu'ils ne puissent nuire autant qu'ils le désirent, de sorte qu'il frappe en retour les volontés perverses des hommes en y opposant son bras, et brise lui-même leurs tentatives avec miséricorde, comme il en a coutume.

Je vous prie de saluer de ma part le glorieux seigneur Appion et dame Eusébie, le seigneur Eudoxe et dame Grégoria<sup>5</sup>.

## II, 25

(PL : II, 35 ; MGH : II, 28)

(Avr. 592)

Grégoire remercie Jean, archevêque de Ravenne, d'avoir visité Castorius, évêque de Rimini malade, et de l'avoir accueilli à Ravenne ; qu'il le fasse venir à Rome ou l'envoie en Sicile. Il délègue à Jean le soin de ses évêques qui se trouveraient empêchés par la présence des ennemis de venir à Rome.

### GRÉGOIRE A JEAN, ÉVÊQUE DE RAVENNE

Le Seigneur nous commande d'aimer notre prochain comme nous-mêmes et de compatir à ses souffrances comme à nos propres maladies. Votre Fraternité s'en est

ternitas competenti sibi more Castorium fratrem coepis-  
 5 copumque nostrum et prius compassione habita studuit  
 uisitare, et eum postmodum pro excrescenti molestia  
 corporis in Rauennati urbe suscipere. Vnde non solum  
 nos impensae caritatis sed et Deum uobis fecistis procul  
 dubio debitorem, qui in fratris infirmitatem condoluisse  
 10 probamini, ipsumque aegrum in sui membri molestia non  
 solum uisitasse sed etiam suscepisse. Quem quidem ipse  
 pro simplicitate sua illic ordinare omnimodo renuebam.  
 Sed petentium importunitas fecit, ut contradicere nulla-  
 tenus potuissem. Si autem fieri potest, multum mihi et  
 15 ipsi consuletis, si eum ad me uel per Siciliam transmit-  
 tatis, si tamen ei non graue iter esse perpenditis.

De episcopis uero ad nos pertinentibus, qui tamen huc  
 pro interpositione hostium uenire non possunt, curam  
 uestra fraternitas gerat, ita tamen ut pro causis suis ad  
 20 Rauennatem urbem nullatenus reuocentur, ne eos hoc  
 tempore uexare aut fatigare in aliquo uideamur. Sed si  
 qua sunt quae in eis uideantur iuste reprehendi, debent  
 semper per fraternitatis uestrae epistulas admoneri. Sin  
 uero aliqua, quod absit, grauiora contigerint, haec ad  
 25 nos subtiliter referre uos uolumus, ut inquisitionis uestrae  
 testimonio roborati, quae legibus canonibusque conue-  
 niunt, salubri, iuuante Domino, consilio disponamus.

1. Castorius, évêque de Rimini. Cf. I, 55, 56 ; II, 11 ; V, 48. Grégoire le connaissait bien, puisqu'il avait été sous-diacre à Rome ; son élection et son ordination eurent lieu après juillet 591.

souvenue de la façon qui lui convenait en prenant soin  
 d'abord de visiter avec compassion notre frère et collègue  
 dans l'épiscopat Castorius<sup>1</sup>, et ensuite de l'accueillir dans  
 la ville de Ravenne, à cause de l'aggravation de son  
 infirmité corporelle. C'est pourquoi vous avez fait votre  
 débiteur, pour la charité dont vous avez fait preuve, non  
 seulement nous-même mais également Dieu, sans aucun  
 doute, vous qui avez prouvé votre compassion dans la  
 maladie d'un frère et ne l'avez pas seulement visité, mais,  
 qui plus est, recueilli malade, dans une indisposition  
 physique. Pour ma part, j'avais refusé absolument d'or-  
 donner cet homme en ce lieu, en raison de la faiblesse  
 de son esprit. Mais l'insistance de ses partisans fit que je  
 n'ai pu en aucune manière aller contre. Si cela peut se  
 faire, vous agirez bien envers moi et envers lui en l'en-  
 voyant vers moi, fût-ce en passant par la Sicile, si  
 0164toutefois vous estimez qu'il peut supporter le voyage.

Au sujet des évêques qui dépendent de nous, mais qui  
 ne peuvent venir ici à cause de la présence entre eux et  
 nous des ennemis, que Votre Fraternité en prenne soin.  
 De telle sorte cependant qu'ils ne soient en aucun cas  
 convoqués à la ville de Ravenne pour leurs affaires, de  
 peur que nous ne semblions en ce temps-ci leur causer  
 quelque dommage ou fatigue. Mais s'il y a chez eux des  
 choses qui paraissent devoir être objet de juste répri-  
 mande, Ta Fraternité doit toujours les admonester par  
 lettres. Si cependant il se présente — ce qu'à Dieu ne  
 plaise — des choses plus graves, nous voulons que vous  
 en référiez à nous avec précision, pour que, fortifié par  
 le témoignage de votre enquête, nous prenions une saine  
 décision, avec l'aide de Dieu, en accord avec les lois et  
 les canons.

&lt; MENSE MAIO INDICTIONE X &gt;

II, 26

GREGORIVS AD STEPHANVM CARTARIVM SICILIAE  
DE MONACHIS RESTITVENDIS

Scientes magnitudinem caritatis uestrae toto Dominum corde diligere, ob hoc ea quae in massis de iure quondam patriciae recordationis Iuli contra praecepta Dominica contraque canonum regulam commissa esse didicimus, 5 ad eius necesse duximus referre notitiam, quatenus haec quae perpetrata sunt corrigi debeant, et alii deinceps temptare non praesumant. Insinuaturn igitur nobis est in massa quae nuncupatur Maratodis ab abbate monasterii sancti Georgii quod in eadem situm est duos monachos 10 refugisse, et unum quidem ex eis iam coniugem accepisse, alium autem laicum effectum saeculariter uiuere, cum nec ex familia massae homines ipsi sed esse liberi asserantur et, uel si condicionem debuissent, contra Deum erat ut, post adeptum diuini officii cultum, ad saecularem uitam 15 atque habitum remearent. Vnde hortor ut, habita iudicis aeterni consideratione, monachos ipsos retradi sine dilatione faciatis, uti ne eorum in exemplo cum uestro, quod

1. *Chartularius* ou *cartarius*, ici haut fonctionnaire. Étienne est appelé *chartularius marinarum* en V, 38 (sans doute à cause de son rôle en Sicile); simplement *chartularius* en III, 3. Sur le personnage et sa fonction cf. L. CRACCO RUGGINI, « La Sicilia tra Roma e Bisanzio », dans *Storia della Sicilia*, t. 3, Naples (1982), p. 23 et 82 du tiré-à-part.

2. Nous ne savons rien d'autre sur ce monastère Saint-Georges sur le domaine Maratodis. Il est différent du monastère Saint-Georges au lieu dit *Ad sedem* en IX, 7.

3. Cf. II, 31 : *conditioni obnoxium*, et IV, 21 *conditionem loci debentes*. La formule peut s'appliquer aussi bien à des colons qu'à des esclaves.

MAI 592

II, 26

PL : II, 28 ; MGH : II, 29 - 19 mai 592

Qu'Étienne, chartulaire en Sicile, fasse revenir deux moines qui avaient quitté le monastère Saint-Georges. Qu'il veille à ce que le prêtre de ce domaine n'impose pas de nouvelles charges à ce monastère.

GRÉGOIRE A ÉTIENNE, CHARTULAIRE DE SICILE<sup>1</sup>,  
AU SUJET DE MOINES A FAIRE REVENIR

Sachant que la grandeur de votre charité vous fait aimer Dieu de tout votre cœur, nous avons pour cette raison pensé qu'il fallait lui faire connaître ce que nous avons appris qui a été commis sur les domaines de la propriété de feu Julius de noble mémoire, contre les préceptes du Seigneur et contre la règle canonique, de sorte que puisse être puni ce qui a été perpétré, et que d'autres ne se permettent pas dans la suite de tenter de le faire. Il nous a donc été rapporté, par l'abbé du monastère Saint-Georges qui est situé sur le domaine appelé Maratodis<sup>2</sup>, que deux moines se sont réfugiés sur ce domaine, que l'un des deux a déjà pris femme, et que l'autre, qui s'est fait laïc, vit de façon séculière. On affirme qu'ils ne sont pas des gens appartenant au domaine mais des hommes libres; quand même fussent-ils liés à leur condition<sup>3</sup>, ce serait agir contre Dieu que de revenir à la vie et à l'habit du siècle après s'être consacré au service de Dieu. C'est pourquoi je vous exhorte, prenant en considération le Juge éternel, à faire expulser sans retard ces mêmes moines, pour que la rigueur des autres mo-

absit, peccato ceterorum monasteriorum districtio dissipetur, sed magis ut in magnitudinis uestrae solaciis aliis  
20 monachis spes gerendi talia submouatur.

Asseruit etiam praedictus abba presbyterum supradictae massae nouas monasterio ipsi consuetudines uelle ponere, quae ex tempore conditi monasterii per tricennale tempus hactenus non fuerunt ; si quid enim illic munificentiae gratia a fidelibus uiris oblatum fuerat, portionem  
25 se debere percipere. Quod magnitudo uestra studeat diligenter agnoscere, et si hoc ab initio non fuit, etiam labentibus temporibus aliquid nouiter imponi non condeceat, quam maxime cum exiguae substantiae et monas-  
30 terium pauperum esse didicimus, et abbatem ipsum hospitalium omnino esse multorum attestacione didicimus.

Data die XIII Kalendarum Iuniarum indictione X.

< MENSE IUNIO INDICIONE X >

## II, 27

GREGORIVS AD MAVRICIVM ET VITALIANVM  
MAGISTROS MILITVM

Gloriae uestrae suscipientes epistulas Deo gratias egimus, quia de salute uestra cognouimus. Et de sollicitudine

1. On peut hésiter sur la date de cette lettre. « Si nous faisons foi à la collection *P* qui est la seule à la transmettre, nous sommes dans l'incertitude : elle s'y trouve entre les lettres II, 7 (= II, 4) et II, 29 (= II, 26), la première datée du 27 sept. 591 et la seconde du 19 mai 592. Mais si l'on fait abstraction de ces deux lettres (...) nous pensons qu'elle fut écrite vers le milieu de juin, la fête de s. Pierre y étant dite toute proche » (EWALD, *MGH*, t. I, p. 128).

2. Sur Maurice et Vitalien, maîtres de la milice, cf. II, 4, 28.

nastères ne soit pas affaiblie à cause de leur exemple et — à Dieu ne plaise — par votre faute, mais qu'au contraire le désir de pareils agissements soit ôté à d'autres moines avec l'assistance de Votre Grandeur.

L'abbé en question nous a également affirmé que le prêtre dudit domaine voulait imposer à ce monastère des coutumes nouvelles, qui ne jouissaient pas d'un usage trentenaire depuis le temps de la fondation jusqu'aujourd'hui : à savoir que si quelque chose y était offert par les fidèles à titre de don, il devait en percevoir une part. Que Votre Grandeur s'applique avec diligence à prendre connaissance de la chose ; et si ce n'a pas existé dès le début, qu'il ne soit pas permis qu'au cours des temps quelque chose de nouveau puisse être imposé, d'autant plus que nous avons appris que le monastère était pauvre et de peu de ressources, et que nous avons su également par l'attestation de nombreuses personnes que l'abbé lui-même était très hospitalier.

Donné le 14 des calendes de juin, indiction X.

JUIN 592

## II, 27

*PL* : II, 29 ; *MGH* : II, 32 - Juin 592<sup>1</sup>

Le pape dit aux maîtres de la milice Maurice et Vitalien qu'il a craint que les soldats qui leur seraient envoyés ne tombent entre les mains d'Ariulfe, duc de Spolète. Si ce dernier approche de Rome, il les exhorte à le prendre à revers.

GRÉGOIRE A MAURICE ET VITALIEN,  
MAÎTRES DE LA MILICE<sup>2</sup>

En recevant les lettres de Votre Gloire, nous rendons grâce à Dieu de ce que nous apprenons que vous êtes



uestra multum gauisi sumus, et mox ea quae scripsistis parata fuerunt. Sed Aldio uir magnificus post aduentum  
 5 hominum uestrorum nobis scripsit quia in proximo iam Ariulfus esset, et timuimus ne milites qui ad uos diriguntur in manus eius inciderent. Tamen et hic, in quantum Deus adiuuerit, contra eum filius noster gloriosus magister militum parauit se. Sed et gloria uestra, si huc  
 10 perexierit ipsa hostis, quomodo consueuistis, cum auxilio Dei a dorso eius quod potestis perficite. Speramus enim in omnipotentis Dei uirtutem et in ipsius beati Petri principis apostolorum, in cuius natale sanguina effundi desiderant, quia ipsum sibi contrarium sine mora inuenient.

## II, 28

### GREGORIVS MAVRICIO ET VITALIANO MAGISTRIS MILITVM DE DEPRAEDATIONE

Suppliciter gloriae uestrae per filium nostrum Vitalianum, cum quo et tractaretis, et uerbo et scripto mandauimus. Vndecimo autem die mensis Iunii Ariulfus hanc epistolam quam uobis direximus transmisit. Et ideo re-

3. Aldio, *Vir magnificus*, est probablement le même, nommé *Magister militum* et *gloriosus* en IX, 103 ; nous y apprenons en effet que la cité qu'il commandait appartenait au diocèse de Venantius, évêque de Pérouse.

4. Ariulfe, duc de Spolète, cf. II, 4.

5. C'est-à-dire Castus, maître de la milice de Rome, que le pape recommande à Priscus, patrice d'Orient pour la région de Rome (III, 51, juillet 593).

6. Le 29 juin.

1. Pour la date, voir la note à la lettre précédente.

2. Cf. lettre précédente.

3. Évidemment différent du *magister militum* du même nom.

sains et saufs. Nous nous sommes beaucoup réjoui de votre sollicitude, et ce que vous avez demandé fut bientôt prêt. Mais le magnifique Aldio<sup>3</sup> nous a écrit après la venue de vos envoyés qu'Ariulfe<sup>4</sup> était déjà proche, et nous avons craint que les soldats qui vous sont envoyés ne tombassent entre ses mains. Cependant ici aussi, pour autant que Dieu lui vienne en aide, notre fils le glorieux maître de la milice<sup>5</sup> s'est préparé à le combattre. Votre Gloire également : si l'armée ennemie s'avance de ce côté-ci, accomplissez, avec l'aide de Dieu, ce que vous pouvez sur ses arrières, de la façon qui vous est coutumière. Notre espoir, en effet, est dans la force de Dieu tout-puissant et dans celle du bienheureux Pierre lui-même, prince des apôtres, en l'anniversaire duquel<sup>6</sup> (les ennemis) désirent que soit versé le sang ; car ils trouveront sans retard qu'il leur est contraire.

## II, 28

*PL : II, 30 ; MGH : II, 33 - Juin 592*<sup>1</sup>

Grégoire dit à Maurice et à Vitalien, maîtres de la milice, qu'il suspecte la fidélité des habitants de Soana qui auraient traité de leur reddition avec Ariulfe duc de Spolète, de qui il le tient. Il leur ordonne, si Ariulfe marche sur Rome, de mettre au pillage ses possessions.

### GRÉGOIRE A MAURICE ET VITALIEN, MAÎTRES DE LA MILICE, AU SUJET D'UN PILLAGE

<sup>2</sup>

Nous avons adressé une demande instante à Votre Gloire, verbalement et par écrit, par notre fils Vitalien<sup>3</sup>, avec lequel vous allez aussi délibérer. Car le 11 juin Ariulfe a fait remettre cette lettre que nous vous avons envoyée. En la lisant à votre tour, voyez donc si les

5 legentes eam uidete si in fide sua Suanenses quam rei publicae promiserunt perstiterunt. Obsides dignos de quibus possitis confidere ab eis percipite, et insuper denuo sacramentis obstringite, reddentes eis quod loco pignoris sustulistis, et sermonibus uestris eos sanantes. Si autem  
 10 manifestissime cognoueritis eos cum Ariulfo de sua subditiōe locutos fuisse uel certe obsides ei dedisse, sicut nos Ariulfi epistula quam uobis direximus dubios reddidit, salubri consilio pertractantes, ne in aliquo anima uestra uel nostra de sacramentis grauetur, quicquid utile  
 15 rei publicae iudicaueritis peragite. Sed ita faciat gloria uestra ut neque sit aliquid unde possimus ab aduersariis reprehendi, neque in quo utilitas rei publicae exigit, quod auertat Dominus, neglegatur. Praeterea, gloriosi filii, estote solliciti, quia quantum comperi hostem collectam  
 20 habet, et in Narnias dicitur residere, ut si hic cursum, Deo sibi irato, mittere uoluerit, uos loca ipsius, quantum uos Dominus adiuuauerit, depraedate, aut certe sculcas quas mittitis sollicite requirant, ne dolens factum ad uos discurrat.

## MENSE IULIO INDICTIONE X

## II, 29

GREGORIUS IVSTINO PRAETORI  
 DE LEONE EPISCOPO SVSCIPIENDO

Habet hoc proprium antiqui hostis inuidia ut, quos in prauorum actuum perpetrationem, Deo sibi resistente,

4. Soana, ville d'Étrurie.

5. Narni, ville d'Ombrie menacée par les Lombards; cf. II, 2 (sept. 591) et V, 36 (juin 595). Voir note à II, 2. Narni reçut une garnison romaine (V, 36).

1. Sur Justin, préteur de Sicile, cf. I, 2.

Porro autem praesentium latorum insinuatione didicimus Donatistarum haerese[m] pro peccatis cotidie dilatari, et ualde plures, data per uenialitatem licentia, post catholicum baptisma a Donatistis denuo baptizari. Quod quam graue sit, frater, oportet nos tota mentis intentione perpendere. Ecce lupus Dominicum gregem non iam in nocte latenter sed in aperta luce dilaniat, et nos eum grassari in ouium nece cernimus, et nulla ei sollicitudine, nullis uerborum iaculis obuiamus. Quos ergo fructus Domino multiplicati gregis ostendemus, si et ipsum quem pascendum suscepimus otiosa mente cernimus a bestia deuorari? Studeamus igitur cor nostrum terrenorum pastorum imitatione succendere, qui hiemales noctes imbribus geluque constricti ducunt saepe peruigiles, ne uel una ouis, et non forte utilis, pereat. Quam etsi insidiator ore uoraci momorderit, quomodo satagunt, quibus cordis anhelant aestibus, in quibus uocibus ut eruant captum pecus, angustia stimulante, prosiliunt, ne a gregis domino quicquid per incuriam perdiderint exigatur? Vigilemus ergo, ne quid pereat, et si captum forte quid fuerit, uocibus diuinorum eloquiorum ad gregem Dominicum reducamus, ut ille qui pastor pastorum est uigilasse nos circa ouile suum suo dignetur misericors iudicio comprobare.

60 Hoc quoque uos necesse est sollerter attendere ut, si qua contra latores praesentium eiusdem episcopi fuerit recta petitio, subtili debeat indagatione perquiri, et si fortasse

7. Sur les donatistes, cf. I, 72, 75; IV, 35, etc. Cf. notre Introd., p. 23.

De plus nous avons appris par le rapport des présentes que l'hérésie des donatistes<sup>7</sup> s'étend chaque jour, à cause de nos péchés, et qu'un grand nombre de gens, après le baptême catholique, sont de nouveau baptisés par les donatistes, la permission en ayant été donnée par vénalité. Combien cela est grave, frère, il faut que nous le considérions avec toute l'attention de notre esprit. Voici que le loup déchire le troupeau du Seigneur, non plus la nuit en se cachant, mais en pleine lumière; et nous voyons qu'il va de l'avant dans le massacre des brebis, et nous n'y apportons l'obstacle d'aucune sollicitude, d'aucune parole lancée contre lui. Quels fruits d'un troupeau rendu plus nombreux montrerons-nous donc au Seigneur, si nous voyons dévoré par une bête féroce, en restant oisifs, celui-là même que nous avons reçu à paître? Étudions-nous donc à enflammer notre cœur à l'imitation des bergers terrestres, qui passent souvent dans les veilles les nuits d'hiver, accablés par les pluies et le gel, pour que ne périsse pas même une seule brebis, qui peut-être n'est pas saine. Et même si celui qui la guettait l'a mordue d'une gueule vorace, quels efforts ils prennent, de quelles inquiétudes leur cœur est angoissé, avec quels cris ils se précipitent pour arracher la bête qui a été saisie, stimulés par le temps qui presse, de peur que le maître du troupeau n'exige ce qu'ils auraient perdu par incurie? Veillons donc à ce que rien ne se perde; et si par hasard quelque chose avait été pris, ramenons-le au troupeau du Seigneur par les mots même des divines Écritures, afin que Celui qui est le pasteur des pasteurs daigne, dans sa miséricorde, reconnaître, dans son jugement, que nous avons bien veillé sur sa bergerie.

Il faut que vous fassiez soigneusement attention à ceci aussi: si quelque juste requête est faite par leur évêque contre les porteurs des présentes, il doit examiner cela par une minutieuse enquête, et si par hasard eux aussi doivent être frappés à bon droit pour leur faute, nous



ipsi quoque pro sua culpa iure feriendi sunt, eis pro eo quod ad nos fatigati sunt nequaquam censemus esse parcendum.

## II, 40

GREGORIVS DOMINICO EPISCOPO CARTAGINENSI

Perlatas ad nos serius per Donatum atque Quoduult-  
deum reuerentissimos fratres et coepiscopos nostros nec-  
non et Victorem diaconum uel Agilegium notarium ues-  
trae fraternitatis epistulas summa cum gratulatione sus-  
cepimus. In quarum etsi nos sustinuisse dispendium [de]  
tarditate putauimus, tamen de uberiori repperimus cari-  
tate compendium, ut hac dilatione temporis non inter-  
rupta uideatur sed nutrita dilectio, quam, miserante Do-  
mino, contemplatione sacerdotii, lectionis usu aetatisque  
10 in uobis cognoscimus iam maturitate fundatam. Non  
enim tam large de te flueret, si in tuis plurimas uenas  
mentibus atque uberrimas non haberet. Hanc ergo ma-  
trem custodemque uirtutum, frater sanctissime, incon-  
cussa stabilitate teneamus. Nullae in nobis eam subdo-  
15 lorum linguae imminuant, nullae antiqui hostis insidiae

pensons qu'il ne faut en aucune façon les traiter avec ménagement en raison du fait qu'ils se sont fatigués en venant à nous.

## II, 40

PL : II, 47 ; MGH : II, 52 - 23 juillet 592<sup>1</sup>

Grégoire remercie Dominique, archevêque de Carthage, pour ses félicitations, bien que tardives, à l'occasion de son accession au pontificat. Quelques mots sur des privilèges à maintenir.

GRÉGOIRE A DOMINIQUE, ÉVÊQUE DE CARTHAGE<sup>2</sup>

Nous avons reçu avec la plus grande joie la lettre de Votre Fraternité que nous ont transmise bien tardivement<sup>3</sup> nos très révérends frères et collègues dans l'épiscopat Donat et Quodvultdeus, ainsi que le diacre Victor et le notaire Agilegius<sup>4</sup>. Et bien que nous ayons pensé avoir souffert une perte du fait de son retard, nous avons trouvé cependant un profit venant d'une plus abondante charité, de sorte que, dans ce long ajournement, votre dilection apparaisse non pas interrompue mais entretenue. Dilection que, par la miséricorde de Dieu, nous savons enracinée en vous par la considération du sacerdoce, l'usage de la *lectio*, et déjà la maturité de l'âge. Car tu ne l'aurais pas répandue si largement, si elle n'avait en tes pensées de nombreuses et très abondantes sources. Conservons donc, frère très saint, dans une stabilité inébranlable, cette mère et gardienne des vertus. Que ne la diminue en nous aucune langue perfide,

4. Tous ceux-ci ne sont connus que par cette lettre. Remarquons que les noms propres composés de *Deus* étaient très usités en Afrique.

1. Sur la date de cette lettre, voir la note I de la lettre précédente.

2. Sur Dominique, évêque de Carthage, rempli de zèle contre les donatistes (cf. V, 3) et lié à Grégoire par une intime amitié (cf. VI, 19, 63 ; VIII, 31 ; XII, 1), voir ces dernières lettres et VII, 32 ; X, 20. Son siège de Carthage était le plus prestigieux d'Afrique ; cf. I, 72.

3. Quoique Grégoire se plaigne d'avoir reçu bien tardivement la lettre de Dominique, il ne faut cependant pas croire que ce n'eut lieu qu'en juillet ; en effet, les messagers qui apportèrent les félicitations de Dominique avaient déjà passé assez de temps à Rome quand Grégoire y répondit, pour qu'à la fin de sa lettre le pape dise se réjouir de leur conduite.

corrumpant. Haec namque diuisa iungit et coniuncta custodit. Haec humilia sine tumore subrigit. Haec erecta sine deiectione submittit. Per hanc uniuersalis ecclesiae unitas, quae est compago corporis Christi, exaequatione  
 20 mentis gaudet in singulis, cum sit ei disparilitas in diuersitate membrorum. Per hanc eadem membra et alieno gaudio in suis afflicta exsiliunt, et alienis maeroribus etiam in suis laeta contabescunt. Teste enim magistro gentium, dum *si quid patitur unum membrum, compatiuntur cetera membra, et si gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra*, uos non ambigo de nostra perturbatione ingemiscere, cum nos omnino certum sit de uestra pace gaudere.

Quod uero ordinationi nostrae fraternitas uestra  
 30 congaudet, affectum mihi integerrimae caritatis exhibet. Sed ex consideratione huius ordinis mentem meam fateor transuerberat uis doloris. Graue namque est pondus sacerdotii. Prius quippe sacerdoti necesse est ut ceteris ad exemplum uiuat, ac deinde seruandum ut mentem per  
 35 extensa exempla non eleuet. De praedicationis semper ministerio cogitet, intentissimo timore considerans quod recessurus ad percipiendum regnum Dominus et talenta seruis tribuens dicat : *Negotiamini dum uenio*. Quod profecto negotium tunc uere nos agimus, si uiuendo et  
 40 loquendo proximorum animas lucratur, si infirmos quosque caelestis regni gaudia praedicando in superno amore roboramus, si proteruos ac tumidos gehennae supplicia terribiliter insonando flectimus, si nulli contra ueritatem parcimus, si supernis amicitiiis dediti humanas

que ne la corrompe aucune embûche de l'ancien adversaire. En effet, elle réunit ce qui est divisé et garde les choses unies. Elle élève les humbles sans orgueil, elle abaisse les superbes sans abjection. Par elle, l'unité de l'Église universelle, qui est assemblage du corps du Christ, jouit du rapprochement des esprits de tous, puisqu'il y a en lui disparité dans la diversité des membres. Par elle ces membres personnellement affligés exultent de la joie des autres, et, heureux pour eux-mêmes, se consomment de l'affliction des autres. En effet, au témoignage du Maître des Gentils, alors que « si un seul membre souffre, les autres membres souffrent avec lui, et si un seul membre est à l'honneur tous les membres se réjouissent avec lui<sup>5</sup> », je ne doute pas que vous ne gémissiez de ce qui nous perturbe, tandis qu'il est tout à fait certain que nous nous réjouissons de votre paix.

Or le fait que Votre Fraternité se réjouisse de notre ordination manifeste envers moi le sentiment d'une charité très entière. Mais, en considérant cet ordre sacré, j'avoue que la douleur transperce mon âme avec force. Lourd en effet est le poids de l'épiscopat : car il faut d'abord que la vie de l'évêque soit un exemple pour les autres ; ensuite il doit veiller à ce que son âme ne s'élève pas en faisant étalage de ces exemples. Qu'il pense sans cesse au ministère de la prédication, considérant avec une crainte très intense ce que dit le Seigneur qui doit revenir pour recevoir la royauté, en distribuant les talents à ses serviteurs : « Faites-les valoir jusqu'à ce que je revienne<sup>6</sup>. » Mise en valeur que nous faisons alors en toute vérité, si nous gagnons les âmes du prochain par votre vie et notre parole, si nous fortifions dans l'amour céleste tous les faibles en prêchant les joies du royaume des cieux, si nous fléchissons les présomptueux et les orgueilleux en faisant résonner de façon terrifiante les supplices de la géhenne, si nous n'épargnons personne à l'encontre de la vérité, si, abonnés aux amitiés spirituelles,

5. I Cor. 12, 26.

6. Lc 19, 12-13.

45 inimicitias non timemus. Quod nimirum exhibens, quasi quoddam se sacrificium obtulisse Deo psalmista nouerat, cum dicebat : *Nonne qui te oderant, Deus, oderam illos et super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi.* Sed ad haec ego pondus  
50 meae infirmitatis expauesco, et quod accepto regno paterfamilias redeat rationem nobiscum positurus aspicio. Sed qua eum mente sustineo, cui de suscepto negotio animarum lucrum aut nullum, aut paene nullum reporto? Tua ergo, frater carissime, oratione me adiuua, et quae  
55 de me formidare me conspicias in temetipso cotidie timore prouiduae sollicitudinis pensa. Per caritatis quippe compagem et tua sunt quae de me eloquor, et mea quae te agere concupisco.

De ecclesiasticis uero priuilegiis quod uestra fraternitas  
60 scribit, hoc postposita dubitatione teneat. Quia sicut nostra defendimus, ita singulis, quibusque ecclesiis sua iura seruamus. Nec cuiilibet, fauente gratia, ultra quam meretur impertior, nec ulli hoc quod sui iuris est, ambitu stimulante, derogabo. Sed fratres meos honorare per  
65 omnia cupio, sicque studeo honore singulos subuehi, dummodo non sit quod alteri iure ab altero possit opponi. Responsalium uero uestrorum moribus ualde congaudeo, in quibus mihi ostensum est, quantum me diligitis, qui ad me electos fratres et filios transmisistis.

70 Data die X Kalendas Augustas indictione X.

7. *Ps* 138, 21-22.

8. Le pape semble parler des privilèges de la primatie. Cf. I, 72, 75.

9. Un grand nombre d'évêques avaient des envoyés à Rome, soit pour traiter d'une affaire particulière, soit, semble-t-il, pour s'occuper de façon plus prolongée des choses de leurs Églises.

nous ne craignons pas les inimitiés humaines. Ce que montrait assurément le psalmiste, sachant qu'il avait ainsi offert un sacrifice à Dieu, lorsqu'il disait : « Ceux qui te haïssaient, Seigneur, ne les haïssais-je pas et ne me consumais-je pas à cause de tes ennemis? Je les haïssais d'une haine parfaite; ils sont devenus mes ennemis<sup>7</sup>. » Pour cette raison je suis épouvanté du poids de ma faiblesse, et je considère que le Père de famille reviendra après avoir reçu le royaume pour établir ses comptes avec nous. Mais dans quel état d'esprit me tenir devant celui à qui je ne rapporterai aucun ou presque aucun profit de la gestion des âmes que j'ai reçue? Aide-moi donc, frère très cher, par ta prière, et ce dont tu t'aperçois que je suis effrayé à mon sujet, penses-y chaque jour en toi-même avec la crainte d'une sage sollicitude. En vertu du lien de la charité elles sont tiennes, les choses que j'exprime à mon sujet, et miennes celles que je désire que tu fasses.

Pour ce qu'a écrit Votre Fraternité au sujet des privilèges ecclésiastiques<sup>8</sup>, qu'elle comprenne ceci, en écartant tout doute : de même que nous défendons les nôtres, de même nous conservons leurs droits à chacune des Églises. Avec l'aide de la grâce je n'accorde à personne plus qu'il n'a droit, et je ne dérogerai au droit de personne, poussé par l'ambition. Mais je désire honorer mes frères en tout, et ainsi je tâche que tous soient élevés en honneur, pourvu que l'un ne puisse en justice s'opposer à l'autre. Je me réjouis beaucoup avec vous de la conduite de vos envoyés<sup>9</sup>, par quoi m'a été manifesté combien vous m'aimez, vous qui m'avez adressé des frères et des fils de choix.

Donné le 10 des Calendes d'août, indiction X.

MENSE AVGVSTO INDICTIONE X

II, 41

GREGORIVS IANVARIO ARCHIEPISCOPO

Si sacerdotale quod administramus officium mentis integritate pensemus, sic nos cum filiis nostris indiuiduae caritatis debet unire concordia, ut sicut patres in nomine, ita affectu probemur in opere. Dum ergo tales nos esse  
 5 quales praefati sumus oporteat, miramur cur aduersus fraternitatem tuam tanta querimoniarum moles exorta sit. Quod quidem nos adhuc credere dubitamus. Sed ut ueritatem ualeamus agnoscere, Iohannem, sedis nostrae notarium, nostra illic praeceptione suffultum direximus,  
 10 qui partes in electorum compellat adesse iudicium, et sua ad effectum executione quae fuerint iudicata perducat. Quocirca fraternitatem tuam scriptis praesentibus adhortamur ut causarum apud se ante debeat merita pertractare. Et si qua se iniuste tulisse uel habere cognoscit,  
 15 ante iudicium sacerdotii contemplatione restituat. Inter querelas autem multiplices Isidorus uir eloquentissimus a fraternitate tua frustra se excommunicatum anathematumque conquestus est. Quod quam ob rem factum fuerit

1. Janvier, archevêque de Cagliari en Sardaigne. Cf. I, 60-62, 81 ; et spécialement sur l'objet de cette lettre, III, 36.

2. Jean, notaire de l'Église romaine, est également mentionné en III, 36. Peut-être est-il celui que Grégoire envoya ensuite comme légat en Espagne ; voir XIII, 46, 48, 49.

3. Sur Isidore, qui eut un différend avec l'Église de Cagliari, cf. III, 36 où il est qualifié également d'*eloquentissimus*.

AOÛT 592

II, 41

PL : II, 49 ; MGH : II, 47 - Août 592

Grégoire envoie son notaire Jean à Janvier, archevêque de Cagliari, pour savoir à quoi s'en tenir sur plusieurs plaintes rapportées à son sujet. Il lui reproche d'avoir excommunié Isidore.

GRÉGOIRE A JANVIER, ARCHEVÊQUE<sup>1</sup>

Si nous apprécions sainement l'office épiscopal dont nous avons la charge, nous devons être unis avec nos fils dans l'harmonie d'une charité personnelle de telle sorte qu'on reconnaisse en nous des pères par notre affection, dans les faits aussi bien que dans le nom. Donc, puisqu'il faudrait que nous soyons réellement ce dont nous portons le nom, nous nous étonnons qu'une si grande masse de plaintes se soit élevée contre Ta Fraternité. Ce qu'à vrai dire nous ne pouvons encore croire. Mais pour qu'il soit possible de connaître la vérité nous avons envoyé là Jean, notaire de notre Siège<sup>2</sup>, muni de nos instructions. Il ordonnera aux parties de comparaître devant un tribunal d'hommes choisis, et il donnera plein effet et exécution à ce qui aura été jugé. A ce propos nous exhortons Ta Fraternité par la présente lettre à bien examiner en elle-même l'importance des motifs d'accusation. Et si elle reconnaît avoir pris ou posséder injustement certaines choses, qu'elle les restitue avant le jugement, en considération de son sacerdoce. Parmi les multiples charges, Isidore<sup>3</sup>, homme très éloquent, s'est plaint vivement d'avoir été, sans cause, excommunié et anathématisé par Ta Fraternité. Comme nous voulions apprendre de ton clerc qui était présent la

dum a clerico tuo, qui praesens erat, uoluissimus addiscere, pro nulla alia causa nisi pro eo quod te iniuriauerat factum innotuit. Quae res nos uehementer afflixit, quia si ita est, nihil te ostendis de caelestibus cogitare, sed terrenam te conuersationem habere significas, dum pro uindicta propriae iniuriae, quod sacris regulis prohibetur, 25 maledictionem anathematis inuexisti. Vnde de cetero omnino esto circumspectus atque sollicitus, et talia cuiquam pro defensione iniuriae tuae inferre denuo non praesumas. Nam si tale aliquid feceris, in te scias postea uindicandum.

## II, 42

GREGORIVS IOHANNI EPISCOPO

Postquam hostilis impietas diuersarum ciuitatum ita, peccatis facientibus, desolauit ecclesias, ut reparandi eas spes nulla populo deficiente remanserit, maiori ualde cura constringimur, ne, defunctis earum sacerdotibus, reliquiae 5 plebis nullo pastoris moderamine gubernatae per inuia fidei hostis callidi rapiantur, quod absit, insidia. Huius ergo rei sollicitudine saepe commoniti, hoc nostro sedit cordi consilium ut uicinis eas mandaremus pontificibus gubernandas. Ideoque fraternitati tuae curam gubernationemque Trium-Tauernensium ecclesiae praeuidimus 10

1. Il s'agit de Jean, évêque de Velletri. En effet II, 13 montre Jean évêque de cette ville, et le siège épiscopal des Trois-Tavernes en est dit voisin.

2. La même formule se trouve dans le *Lib. diurn.*, ms. Vat. 9, et Grégoire l'a employée également en III, 20 et VI, 9.

3. Sans aucun doute il s'agit des Lombards (cf. I, 48) situation critique due à « la férocité des barbares ».

4. Les Trois-Tavernes, ville du Latium aujourd'hui disparue, à peu de distance de Velletri. Ce petit diocèse fut définitivement uni à celui de Velletri au IX<sup>e</sup> siècle (LANZONI, t. 1, p. 145).

raison pour laquelle ce fut fait, l'on a su qu'il n'y avait nul autre motif, sinon qu'il t'avait insulté. Cela nous a extrêmement affligé, parce que, s'il en est ainsi, tu montres que tu n'as pas de pensées spirituelles, mais tu manifestes que ton comportement est de ce monde ; alors que, pour venger une injure personnelle, tu a porté la malédiction de l'anathème, ce qui est interdit par les lois divines. A l'avenir, sois donc tout à fait circonspect et plein de sollicitude, et ne te permets pas d'agir de la sorte envers qui que ce soit pour te venger d'une insulte. Car si tu fais une chose semblable, sache qu'ensuite il faudra t'en châtier.

## II, 42

PL : II, 50 ; MGH : II, 48 - Août 592

Il confie à l'évêque Jean de Velletri le soin de l'Église voisine des Trois-Tavernes qu'il unit à la sienne.

GRÉGOIRE A JEAN, ÉVÊQUE<sup>1</sup>

<sup>2</sup>Depuis que l'impiété des ennemis<sup>3</sup> a ravagé les églises de diverses cités, à cause de leurs péchés, de telle sorte qu'il ne reste aucun espoir de les restaurer, faute d'habitants, nous sommes obligés d'apporter le plus grand soin à ce que, leurs évêques étant morts, ce qui reste d'un peuple que ne guide plus la direction d'aucun pasteur ne soit détourné loin de la foi par les embûches d'un ennemi rusé, ce que Dieu ne permette ! Souvent mis en garde donc par notre sollicitude à ce sujet, nous avons affermi dans notre cœur l'intention de les confier au gouvernement des pontifes voisins. C'est pourquoi nous avons voulu que le soin et le gouvernement de l'Église des Trois-Tavernes<sup>4</sup> soient confiés à Ta Fraternité, de

committendam, quam tuae ecclesiae aggregari unifique  
 necesse est, quatenus utrarumque ecclesiarum sacerdos  
 recte, Christo adiutore, possis exsistere. Quaeque tibi de  
 eius patrimonio uel cleri ordinatione seu promotione  
 15 uigilanti ac canonica uisa fuerint cura disponere, quippe  
 ut pontifex proprius liberam habebis ex praesenti nostra  
 permissione licentiam. Quapropter, frater carissime, Do-  
 minicorum reminiscens salubriter mandatorum, ita in  
 commissae plebis regimine lucrandisque animabus inui-  
 20 gila, ut ante tribunal aeterni iudicis constitutus fructum  
 bonae operationis, quod ad mercedem tuam pertineat,  
 eidem redemptori nostro, in quo laetari possit, exhibeas.

## II, 43

GREGORIVS VNIVERSIS...  
 DE TRIVM CAPITVLORVM CAVSA

Scripta uestra summa cum gratulatione suscepi. Sed  
 erit in me uberior ualde laetitia, si mihi de uestra conti-  
 gerit reuersione gaudere. Prima itaque epistulae uestrae  
 frons grauem uos pati persecutionem innotuit. Quae

1. Le titre présente une lacune qui, à l'exemple d'autres lettres (I, 1, 17, 43, 68, 75 ; II, 18, etc.) pourrait être suppléé par *episcopis per...* et le nom d'une région. L'éditeur des *MGH* (t. I, p. 150 ; cf. XI, 52) avait opté, sur le témoignage de mss « de peu de valeur », avoue-t-il, pour *per Hiberiam*, la Géorgie ou une plus vaste région avoisinante. Même si la leçon *per Hiberiam* est contestable, les destinataires de cette lettre paraissent être des évêques hostiles au V<sup>e</sup> Concile qui, pour cela, souffrent persécution de la part des autorités impériales. Cela indique qu'ils appartiennent plutôt à la *pars Orientis*. Ces évêques ont fait appel à Grégoire avec d'autant plus de confiance qu'ils savent avec quelles réserves les anathèmes du V<sup>e</sup> Concile ont été accueillis en Occident. D'où la réponse embarrassée du pontife, car Grégoire est au fond

sorte que tu puisses, avec l'aide du Christ, être de plein droit l'évêque de l'une et de l'autre de ces Églises. Et tu auras, en vertu de notre présente autorisation, le libre pouvoir, au titre de son évêque propre, de régler tout ce qui te semblera bon, avec un soin vigilant et selon les canons, au sujet de son patrimoine et de l'ordination ou promotion des clercs. C'est pourquoi, frère très cher, te souvenant pour ton salut des commandements du Seigneur, sois vigilant dans le gouvernement du peuple qui t'est confié, et pour gagner les âmes. De la sorte, en paraissant devant le tribunal du Juge éternel, tu présenteras à notre Rédempteur lui-même le fruit d'un bon travail, duquel il puisse se réjouir, et qui te vaudra une récompense.

## II, 43

PL : II, 51 ; MGH : II, 49 Août 592

Exhortation à revenir à l'union catholique en rejetant tout doute au sujet des Trois-Chapitres. Il envoie sur ce sujet un écrit du pape Pélage II.

GRÉGOIRE A TOUS... SUR LA QUESTION  
 DES TROIS-CHAPITRES<sup>1</sup>

J'ai reçu vos écrits avec la plus grande action de grâce. Mais ce sera pour moi une joie bien plus abondante s'il m'arrive de me réjouir de votre retour. Car la première page de votre lettre m'a appris que vous souffriez d'une lourde persécution. Persécution qui ne profite en rien au

d'accord avec eux, mais ne peut le dire pour sauvegarder l'unité de l'Église. La position de ces évêques est comparable à celle de Théodolinde.

5 quidem persecutio dum non rationabiliter sustinetur, nequaquam proficit ad salutem. Nam nulli fas est retributionem praemiorum exspectare per culpam. Debetis enim scire, sicut beatus Cyprianus ait, quia : *Martyrem non facit poena sed causa*. Dum igitur ita sit, incongruum  
 10 nimis est de ea uos quam dicitis persecutione gloriari, per quam constat ad aeterna praemia minime prouehi. Reducat ergo caritatem uestram tandem integritas fidei ad matrem quae uos generauit ecclesiam. Nulla uos animorum intentio a concordiae unitate dis-  
 15 societ, nulla persuasio repetendo uos a recto itinere defatiget. Nam in synodo, in qua de tribus capitulis actum est, aperto liquet nihil de fide conuulsum esse uel aliquatenus immutatum, sed sicut scitis de quibusdam illic  
 20 scripta euidenter a rectitudine catholicae fidei deuiabant, non iniuste damnata est.

Quod autem scribitis quia ex illo tempore inter alias prouincias maxime flagellatur Italia, non hoc ad eius intorquere debetis opprobrium, quoniam scriptum est :  
 25 *Quem diligit Dominus castigat, flagellat omnem filium quem recipit*. Si igitur ut dicitis ita est, ex eo tempore magis dilecta est apud Deum et modis omnibus approbata, ex quo Domini sui meruit sustinere flagella. Quia

2. Cyprien exprime l'idée dans son *De unitate ecclesiae*, 14.

3. Le Concile universel de Constantinople en 553.

4. Théodore de Mopsueste. La présentation que Grégoire fait du Concile est très significative. D'abord il souligne que ce Concile n'a rien changé aux décisions d'Éphèse et de Chalcédoine en ce qui touche la foi ; ce qui ramène les débats de cette assemblée à une simple affaire de personnes. Or, avec une habileté consommée, Grégoire feint de croire que, parmi les personnes condamnées (Ibas, Théodoret et Théodore), une seule l'a été justement. Il ne la nomme pas, mais c'est Théodore de Mopsueste. Or cette vision des choses n'est pas celle du V<sup>e</sup> Concile, mais celle du *Constitutum* du pape Vigile dont on sait la longue résistance aux volontés de Justinien, inspirateur du Concile de Constan-

salut si elle n'est pas supportée en toute justice. Personne en effet n'a le droit de s'attendre à recevoir des récompenses d'une façon fautive. Vous devez savoir, comme le dit le bienheureux Cyprien<sup>2</sup> que « ce n'est pas la peine qui fait le martyr, mais la cause. » Puisqu'il en est ainsi, il est tout à fait incongru que vous vous glorifiez de cette persécution dont vous parlez, par laquelle il est clair que vous ne pouvez nullement être amenés aux récompenses éternelles. Que l'intégrité de la foi ramène donc enfin Votre Charité à l'Église mère qui vous a engendrés. Que nulle obstination de vos esprits ne vous dissocie de l'unité de la concorde ; qu'aucune persuasion ne vous fatigue en vous faisant quitter le droit chemin. Car dans le Synode<sup>3</sup> où il a été traité des Trois-Chapteres, il est clairement manifeste que la foi n'a subi aucune brisure, que rien n'a été modifié si peu que ce soit ; mais, comme vous le savez, il n'y a toujours été question que de certaines personnes, parmi lesquelles une<sup>4</sup> dont les écrits déviaient évidemment de la rectitude de la foi catholique a été condamnée, et non injustement.

Vous écrivez que depuis lors, parmi les autres prouincies, c'est surtout l'Italie qui est châtiée. Vous ne devez pas rapporter cela à sa honte, parce qu'il est écrit : « Le Seigneur corrige celui qu'il aime, il châtie tout fils qu'il agrée<sup>5</sup>. » S'il en est donc comme vous le dites, depuis ce temps elle est plus aimée de Dieu et mise à l'épreuve de toutes façons ; et par là elle a mérité de supporter le châtiment de son Seigneur. Mais écoutez la raison pour

tinople. Cf. L. DUCHESNE, *L'Église au VI<sup>e</sup> siècle*, Paris 1925, p. 213 ss. Vigile acceptait la condamnation de Théodore pour nestorianisme, conformément au Concile d'Éphèse, mais non celle d'Ibas et de Théodoret. Grégoire tente donc ici d'apaiser ses interlocuteurs en leur présentant le V<sup>e</sup> Concile sous la version qu'aurait souhaité lui donner son prédécesseur. Selon lui, un concile qui ne touche pas aux questions de la foi ne mérite pas, en somme, qu'on lui attache de l'importance.

5. *Hebr.* 12, 6.

uero non ita sit, quemadmodum uos in eius insultatione  
30 affirmare conamini, rationem attendite.

Postquam recordandae memoriae Vigilius papa in urbe  
regia constitutus contra Theodoram, tunc Augustam, uel  
Acephalos damnationis promulgauit sententiam, tunc  
Romana urbs ab hostibus adita et captiuata est. Ergo  
35 bonam causam habuerunt Acephali et iniuste damnati  
sunt, post quorum damnationem talia contigerunt ? Absit.  
Hoc enim nec uestrum quempiam, nec alios qui  
catholicae fidei mysteriis instituti sunt dicere uel aliquo  
modo confiteri conueniet. His denique cognitis, ab hac  
40 quandoque iam deliberatione recedite. Vt igitur de tribus  
capitulis animis uestris ablata dubietate possit satisfactio  
abundanter infundi, librum, quem ex hac re sanctae  
memoriae decessor meus Pelagius papa scripserat uobis  
45 defensionis studio, puro uigilantique corde saepius uo-  
lueritis relegere, eum uos per omnia secuturos et ad  
unitatem nostram reuersuros nihilominus esse confido.  
Porro autem si post huius libri lectionem in ea qua estis  
uolueritis deliberatione persistere, sine dubio non rationi  
50 operam sed obstinationi uos dare monstratis. Vnde ite-  
rum, habita compassione, caritatem uestram admoneo  
ut, quoniam Deo suffragante fidei nostrae integritas in  
causa trium capitulorum inuiolata permansit, mentis tu-

6. Il régna de 537 à 555.

7. La « ville royale » désigne traditionnellement Constantinople. Le pape Vigile y fut séquestré par Justinien pendant plus de sept ans à partir de janvier 547 pour obtenir son adhésion à la condamnation des III Chapitres.

8. En mars 547, alors qu'il était à Constantinople. On ne voit nulle part ailleurs que Théodora ait été condamnée parmi les autres. Les acéphales : « Surnom donné aux eutychiens qui, en 482, se séparèrent du patriarche monophysite d'Alexandrie, préférant rester sans chef, acéphales, que de demeurer dans sa communion » (Y. CONGAR, art. Acéphales, *Catholicisme*, t. I, Paris 1948, col. 76).

laquelle les choses ne sont pas telles que vous voulez le faire croire en l'insultant.

Après que le pape Vigile<sup>6</sup> digne de mémoire, se trouvant dans la ville royale<sup>7</sup>, eut promulgué une sentence de condamnation contre Théodora, alors impératrice, et les acéphales<sup>8</sup>, la ville de Rome fut alors envahie et prise par les ennemis. La cause des acéphales était-elle donc bonne, et furent-ils condamnés injustement, puisqu'après leur condamnation se produisirent de telles choses ? Loin de nous cette pensée ! Il ne conviendrait pas que cela fût affirmé de quelque façon par l'un quelconque d'entre vous, ni par d'autres, qui sont instruits des mystères de la foi catholique. Enfin, puisque vous savez cela, ne persistez plus davantage dans cette décision (de séparation). Donc, afin que, vos esprits ayant écarté tout doute à propos des Trois-Chapitres, vous puissiez recevoir ample satisfaction, j'ai jugé utile de vous envoyer le livre que mon prédécesseur de sainte mémoire le pape Pélage avait écrit à ce sujet<sup>9</sup>. Si vous voulez bien relire souvent cet ouvrage, en laissant de côté le désir volontaire de vous défendre, et d'un cœur pur et vigilant, j'ai confiance néanmoins que vous l'observerez en tout et reviendrez à notre unité. Si ensuite, après lecture de ce livre, vous vouliez persister dans votre décision actuelle, vous démontreriez à l'évidence que vous agissez non selon la raison mais par obstination. C'est pourquoi encore, mû par la compassion, j'avertis Votre Charité que, puisque, grâce à Dieu, l'intégrité de notre foi est demeurée inviolée dans l'affaire des Trois-Chapitres, vous laissez là toute

9. Il s'agit de la longue lettre de Pélage II à Élie d'Aquilée et aux autres évêques de l'Istrie (*JW* 1056. Éditée par les *MGH* en Appendice au *Registre*, t. 2, App. 3, p. 449-467). De cette lettre Paul Diacre dit qu'elle avait été rédigée par Grégoire lui-même, alors qu'il était encore diacre romain.



more deposito, tantocius ad matrem uestram, quae filios  
 55 suos exspectat et inuitat, ecclesiam redeatis, quanto uos  
 ab ea cotidie pro uobis exspectari cognoscitis.

## II, 44

## GREGORIVS NATALI EPISCOPO SALONITANO

Quasi oblita praecedentium scriptorum serie, sola uestrae beatitudini quae ad dulcedinem pertinent loqui de-  
 creueram. Sed dum uestra epistula ad priora scripta  
 ratiocinando reuocat, iterum forsitan quaedam quae mi-  
 5 nus libeant narrare compellor.

In conuiuiorum etenim defensione uestra fraternitas  
 Abrahae conuiuium memorat, in quo, teste sacro eloquio,  
 tres angelos suscepisse perhibetur. Sed hoc exemplo  
 neque nos beatitudinem uestram de conuiuio reprehendimus,  
 10 si hanc suscipere angelos in hospitalitate cognoscimus.  
 Rursum narrat Isaac satiatum filio benedictionem  
 dedisse. Quae utraque ueteris testamenti, quia ita sunt  
 gesta per historiam, ut tamen signarent aliquid per alle-  
 goriam, utinam ualeamus sic res gestas legendo percur-  
 15 rere, ut possimus etiam gerendas prouidendo sentire. Ille  
 quippe in tribus angelis unum salutans Trinitatis subsistentias  
 unius substantiae esse declarauit. Iste uero satiatum  
 benedicit filium, quia, qui diuinis epulis repletur, illius

1. Sur Natalis et son procès avec l'archidiacre Honorat, cf. I, 10, 19 ; II, 17-20. Salone en Dalmatie, près de Spalato.

2. Cf. *Gen.* 18 et 27.

3. Les exégèses littérale et allégorique. Voir notre *Introd.* p. 46-47.

enflure d'esprit et reveniez à l'Église votre mère, qui attend et invite ses fils, et cela avec d'autant plus de rapidité que vous savez qu'elle vous attend chaque jour.

## II, 44

*PL* : II, 52 ; *MGH* : II, 50 - Août 592

Avec Natalis, évêque de Salone, Grégoire se déclare ironiquement d'accord à propos des banquets. A l'arrivée des envoyés, qu'il promette de juger avec équité son litige avec l'archidiacre Honorat.

GRÉGOIRE A NATALIS, ÉVÊQUE DE SALONE<sup>1</sup>

J'avais décidé de ne parler à Votre Béatitude que de choses agréables, comme en oubliant toute la correspondance précédente. Mais puisque votre lettre revient sur les lettres antérieures en argumentant, me voici peut-être forcé de traiter à nouveau de choses moins plaisantes.

A la défense des banquets, Votre Fraternité fait mémoire de celui d'Abraham où, au témoignage du texte sacré, il est rapporté qu'il reçut trois anges. Mais devant cet exemple nous non plus ne réprimandons point Votre Béatitude à propos d'un banquet, si nous apprenons qu'elle y a reçu comme hôtes trois anges. Elle raconte encore qu'Isaac, une fois rassasié, a donné sa bénédiction à son fils. Ces deux épisodes de l'Ancien Testament<sup>2</sup>, parce qu'ils ont eu lieu historiquement, mais de telle sorte cependant qu'ils ont une signification allégorique<sup>3</sup>, soyons capables d'y lire les faits sans nous y arrêter, de telle façon que nous puissions les comprendre en y voyant ce qu'il nous faudra faire. Le premier en effet, en saluant dans les trois anges un seul être, a montré que les Personnes de la Trinité sont d'une seule nature. Mais le second, rassasié, bénit son fils parce que l'esprit de celui-

sensus in prophetiae uirtutem tenditur. Diuinae autem  
 20 epulae sacri eloquii uerba sunt. Si igitur assidue legitis,  
 si exemplum ab exterioribus trahentes interna penetratis,  
 quasi de agri uenatione satiati mentis uentrem repletis,  
 ut ante posito filio, suscepto uidelicet populo, possitis  
 25 Deo aliquid prophetat, quia profecto dignum est ut hic  
 iam per concupiscentiam minus uideat, cuius sensus per  
 intellegentiam intus coruscat. Haec ergo ad uosmetipsos  
 trahite, et si uos tales agnoscitis, nihil est quod de nostra  
 aestimatione dubitatis. Gaudere quoque beatitudinem  
 30 uestram inuenio, si uoracis nomen cum rerum auctore  
 sustineat. Quod ego breuiter expono, quia si de uobis  
 falsum dicitur, nomen hoc ueraciter cum rerum auctore  
 sustinetis. Sin uero de uobis uerum est, hoc de illo falsum  
 fuisse quis dubitet? Absoluere nos non ualet par nomen,  
 35 quorum dispar est causa. Nam cum eo crucem etiam  
 periturus latro suscepit. Sed quem reatus proprius tenuit,  
 par crucifixio non absoluit. Ego tamen quantis ualeo  
 precibus deposco ut sanctissimam fraternitatem uestram  
 auctori nostro non solum nomen sed etiam causa coniun-  
 40 gat.

Conuiuia autem, quae ex intentione impendendae car-  
 ritatis fiunt, recte uestra sanctitas in suis epistulis laudat.  
 Sed tamen sciendum est quia tunc ueraciter ex caritate  
 prodeunt, cum in eis nulla absentium uita mordetur,  
 45 nullus ex irrisione reprehenditur, et non in eis inanes  
 saecularium negotiorum fabulae sed uerba sacrae lectio-

ci, repu des mets divins, aspire à la réalisation de la  
 prophétie. Les mets divins en effet sont les mots de la  
 Parole sacrée. Si donc vous lisez assidûment, si, tirant  
 exemple des choses extérieures, vous pénétrez les réalités  
 intérieures, alors, comme vous rassasiant du fruit de la  
 chasse dans la campagne, vous remplissez le ventre de  
 l'esprit. Ainsi donc, ayant votre fils devant vous, c'est-à-  
 dire ayant reçu la charge du peuple, vous pourrez an-  
 noncer les choses à venir. Mais il a déjà en ce siècle la  
 vue affaiblie, celui qui prophétise quelque chose sur Dieu,  
 car il est juste assurément qu'il voie déjà moins bien à  
 cause de la concupiscence, celui dont les sens sont inté-  
 rieurement illuminés par l'intelligence. Appliquez donc  
 ces choses à vous-même, et si vous les reconnaissez en  
 vous, ne doutez en rien de notre estime. Je m'aperçois  
 aussi que Votre Béatitude se réjouit d'être appelée un  
 glouton comme le fut l'Auteur de toutes choses. Ce que  
 j'explique brièvement : si l'on dit cela faussement à votre  
 sujet, vous supportez cette appellation en toute vérité  
 avec l'Auteur de toutes choses. Mais si cela n'est pas  
 vrai de vous, qui doutera que ce soit faux de lui? Une  
 appellation identique ne peut nous absoudre, si la cause  
 en est différente. Car le larron condamné à mort a aussi  
 reçu la croix avec lui ; mais lui, qui tombait sous le coup  
 de son propre crime, ce n'est pas par l'identité de la  
 crucifixion qu'il a été absous. Quant à moi, je demande  
 autant que je le peux dans mes prières que ce ne soit  
 pas seulement l'appellation mais aussi le motif qui unisse  
 Votre très sainte Fraternité à notre Auteur.

C'est à bon droit que Votre Sainteté loue dans ses  
 lettres les banquets qui se font avec l'intention d'exercer  
 la charité. Il faut cependant savoir qu'ils ne viennent  
 véritablement de la charité que lorsque l'on n'y mord  
 point la vie des absents, que nul n'y est critiqué avec  
 moquerie, qu'on n'y entend pas les fables frivoles des  
 choses mondaines mais les paroles de la sainte Écriture ;

nis audiuntur, cum non plus quam necesse est seruitur corpori, sed sola eius infirmitas reficitur, ut ad usus exercendae uirtutis habeatur. Haec itaque si uos in uestris  
50 conuiuuis agitis, abstinentium fateor magistri estis.

Quod ergo Pauli apostoli ad me testimonium posuistis, quo ait : *Qui non manducat, manducantem non iudicet*, omnino existimo incongruum fuisse. Quia neque ego non comedo, neque ad hoc a Paulo dictum est, ut membra  
55 Christi, quae in eius corpore, id est ecclesia, inuicem sibi caritatis compage connexa sunt, nullam de se ullomodo curam gerant. Sed si neque ego ad te neque tu aliquod pertineres ad me, iure tacere compellerer, ut eum non reprehenderem qui emendari non posset. Haec ergo sententia propter eos solummodo dicta est qui illos iudicare  
60 student quorum cura sibi commissa non est. At postquam nos, auctore Domino, unum sumus, si nobis ea quae corrigenda sunt tacemus, ualde delinquimus. Ecce fraternitas tua aegre tulit se a me de conuiuuis esse reprehensam, cum ego qui, etsi hanc non uita, tamen loco transgredior, ab omnibus corripitur, ab omnibus emendari paratus sim. Et solum mihi amicum aestimo per cuius linguam, ante apparitionem districti iudicis, meae maculas mentis tergo.

70 Illud autem, frater dulcissime, quod tribulationibus pressum legere posse te abnegas, minus ad excusationem idoneum puto, cum Paulus dicat : *Quaecumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus*. Si igitur  
75 ad consolationem nostram sacra scriptura praeparata est, tanto magis debemus legere, quanto nos conspiciamus sub

4. Rom. 14, 3.

5. Rom. 15, 4.

quand on ne donne pas au corps plus qu'il n'est nécessaire, mais seulement en vue de la réfection de sa faiblesse, afin que cela serve utilement à l'exercice de la vertu. Si donc vous agissez ainsi dans vos banquets, j'accorde que vous êtes maître en abstinence.

Quant au témoignage de l'apôtre Paul que vous m'apportez, par lequel il dit : « Celui qui ne mange pas, qu'il ne juge pas celui qui mange<sup>4</sup> », j'estime qu'il n'était pas du tout à propos. Car je ne suis pas moi-même quelqu'un qui ne mange pas ; et puis Paul n'a pas dit cela pour que ne prennent aucun soin les uns des autres les membres du Christ qui sont unis entre eux dans son corps, qui est l'Église, par le lien de la charité. Mais si moi, je n'étais rien pour toi ni toi pour moi, je serais à bon droit obligé de me taire pour ne pas réprimander quelqu'un qui ne pourrait être amendé. Cette phrase a donc été dite seulement pour les gens qui s'appliquent à juger ceux dont le soin ne leur a pas été confié. Mais puisque, par la volonté de Dieu, nous ne faisons qu'un, si nous ne nous avertissons pas de ce qui doit être corrigé, nous sommes très coupables. Voici que Ta Fraternité a supporté avec peine que je la réprimande à propos des banquets, alors que moi, bien que je te surpasse non par la manière de vivre mais toutefois par mon office, je suis prêt à être corrigé par tous, à être amendé par tous. Et j'estime qu'est mon ami seulement celui par la langue duquel, avant l'apparition du Juge sévère, j'enlève les taches de mon esprit.

Mais lorsque tu dis, frère bien-aimé, que tu ne peux faire de *lectio* parce que tu es pressé par les tribulations, je pense que cela se justifie moins. Car Paul dit : « Tout ce qui a été écrit le fut pour notre instruction, afin que nous ayons l'espérance grâce au courage et à la consolation que donnent les Écritures<sup>5</sup>. » Si donc la sainte Écriture a été d'avance faite pour notre consolation, nous devons d'autant plus la lire que nous nous voyons ac-

tribulationum fasce lassari. Si uero in ea solummodo est sententia fidendum, quam in epistula uestra posuistis qua Dominus dicit : *Cum tradent uos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis*, sacra ergo ad nos eloquia frustra mandata sunt, quia repleti spiritu, uerbis exterioribus non egemus. Sed aliud est, frater carissime, quod angustati persecutionis tempore absque dubitatione confidere, aliud quod in tranquillitate ecclesiae agere debemus. Oportet nos etenim hunc spiritum modo legendo percipere, quem possimus, si causa contigerit, in nobis esse etiam patiendi monstrare.

90 Valde uero in epistula uestra gauisus sum quod uos exhortationis studium dare fatemini. In hoc etenim scio quia curam uestri ordinis sollerter agitis, si ad auctorem uestrum et alios trahere curatis. Quod autem in eodem loco dicitis uos mei similes non esse, post obortam laetitiam me ilico contristatis. Quia laudes meas per irrisiōnem dici existimo, quas per ueritatem minime recognosco. Ago autem omnipotenti Deo gratias, quia per uos quidem haeretici ad sanctam ecclesiam reuocantur. Sed curae uobis esse necesse est ut ipsi quoque qui intra sanctae ecclesiae gremium continentur ita uiuant, quatenus eius aduersarii prauis moribus non existant. Nam si non diuino desiderio sed terrenis cupiditatibus uoluptatibusque deseruiunt, intra eius gremium filii alieni nutriuntur.

100 Quod autem uos fatemini ecclesiasticos ordines ignorare non posse, ego quoque hoc de uobis per omnia scio, atque idcirco ualde contristor. Quia cum rerum ordinem

6. *Matth.* 10, 19-20.

30. Au sujet de la moniale Honorata, voir IV, 34 : veuve du sous-diacre Speciosus, elle semble s'être ramariée avec un clerc ; c'est la raison pour laquelle Léon, évêque de Catane, la fit enfermer dans un monastère.

31. Siège d'un évêché inconnu, sans doute en Sicile.



## APPENDIX I

Gregorius episcopus seruus seruorum Dei Petro subdiacono.

Pergenti tibi ad Siciliam capitulare quod dedi assidue relegendum est, ut cura maxima esse de episcopis debeat, ne in causis saecularibus misceantur, nisi in quantum necessitas defendendorum pauperum cogit. De monachis uero uel clericis quae in eodem capitulare sunt insita, nequaquam aestimo modo esse mouenda. Sed experientia tua tanta haec obseruatione custodiat, quanta meum desiderium ex hac re ualeat adimplere.

Praeterea peruenit ad me ab Antonini defensoris temporibus nunc usque in hoc decennio multos a Romana ecclesia quasdam uiolentias pertulisse, ita ut quidam publice conquerantur fines suos uiolenter inuasos, mancipia abstracta, res etiam mobiles manu, non iudicio aliquo ablatas. In quibus omnibus uolo ut experientia tua uehementer inuigilet et quicquid per hoc decennium inuenerit uiolenter ablatum uel sub nomine ecclesiae iniuste detineri, hoc ei cuius esse cognouerit ex praesentis praecepti mei auctoritate restituat, ne cogatur qui uim pertulit ad me uenire et tanti itineris laborem assumere, cum utrum uera dicat hic apud me non possit edoceri.

## APPENDICE I

Au sous-diacre Pierre, recteur du patrimoine de Sicile, il prescrit de veiller à ce que des évêques ne se mêlent pas de causes séculières, et de rendre tous les biens acquis injustement. Il ordonne aux évêques de se rendre à Rome pour l'anniversaire de saint Pierre et non pour le sien.

16 mars 591

GRÉGOIRE, ÉVÊQUE, SERVITEUR DES SERVITEURS  
DE DIEU, AU SOUS-DIACRE PIERRE

Toi qui te rends en Sicile, tu dois relire assidûment les instructions que j'ai données. Il faut faire très grande attention à ce que les évêques ne se mêlent pas aux affaires séculières, sauf dans la mesure où y contraint la nécessité de défendre les pauvres. Ce qui concerne les moines ou les clercs dans les mêmes instructions, ne doit, à mon avis être changé en aucune façon, mais que Ton Expérience garde ces instructions avec une vigilance telle que mon désir puisse être comblé dans cette mission.

De plus, j'ai appris que depuis l'époque du défenseur Antonin durant cette décennie, beaucoup de gens ont enduré des violences de la part de l'Église romaine. Certains se plaignent publiquement que des propriétés ont été occupées par la violence, que des esclaves leur ont été arrachés et qu'aussi des biens meubles leur ont été enlevés de force, et non par un jugement. En tout cela, je veux que Ton Expérience veille avec énergie ; tout ce qu'elle aura découvert avoir été enlevé par la violence pendant ces dix ans ou injustement détenu au nom de l'Église, qu'elle le restitue, de par l'autorité de ce mien présent ordre, à celui qui aura été reconnu propriétaire ; ainsi celui qui aura souffert la violence ne sera pas contraint de venir à moi et d'endurer la fatigue d'un tel voyage, d'autant que je ne pourrais connaître la

Considerata ergo uenturi iudicis maiestate, omnia cum peccato ablata restitue, sciens quod magnum mihi lucrum  
25 reportas, si mercedem potius quam diuitias congregas.

Plerosque uero cognouimus de amissis mancipiis conqueri, dicentes quia, si seruus cuiuspiam fortasse dominum suum fugiens iuris ecclesiastici se esse professus est, rectores ecclesiae protinus hunc ut seruum ecclesiastici iuris habuerunt, nullo agentes iudicio sed serui uocem  
30 manibus defendentes. Quod mihi tantum displicet, quantum a ueritatis iudicio abhorret. Vnde uolo ut experientia tua, quaecumque ita facta cognouerit, postposita tarditate corrigat, et talia quoque mancipia, si qua nunc in  
35 iure ecclesiastico habentur, sicut sine iudicio ablata sunt, ita restitui ante iudicium decet, ut si quid in eis sanctae ecclesiae legitime competit, tunc eorum possessores debeant ordinata actione pulsari.

Cuncta haec ir retractabiliter corrige, quia tunc uere  
40 beati Petri apostoli miles eris, si in causis eius ueritatis custodiam etiam sine eius acceptione tenueris.

Si quid uero iuste conspicias iuri ecclesiastico posse competere, caue ne umquam hoc manu studeas defensare, maxime quia et decretum sub anathematis interpositione  
45 constitui, ne umquam a nostra ecclesia urbano uel rustico praedio tituli debeant imponi. Sed quicquid ratione pauperibus competit, ratione etiam debet defendi, ne, dum bona res non bene agitur, apud omnipotentem Deum etiam quod iuste a nobis quaeritur de iniustitia redar-  
50 guatur.

Laici autem nobiles uel uir gloriosus praetor pro humilitate te diligant, non pro superbia perhorrescant. Et tamen cum eos fortasse contra quoslibet inopes iniusta

vérité de ses dires. Considérant donc la majesté du Juge à venir, restitue tout ce qui a été enlevé coupablement, sachant que tu me rapportes un grand profit, si tu amasses de la miséricorde plutôt que des richesses.

Nous avons aussi appris que beaucoup se plaignent d'esclaves perdus pour eux en ces termes : si un esclave fuyant son maître a déclaré être de droit ecclésiastique, aussitôt des recteurs de l'Église l'ont considéré comme esclave de droit ecclésiastique, et cela sans aucun jugement, mais en soutenant par la force la pensée du serviteur. Cela me déplaît dans l'exacte mesure où cela répugne au jugement de la vérité. Aussi je veux que Ton Expérience corrige sans retard tous les actes de ce genre venus à sa connaissance. De tels esclaves, s'il en est qui sont actuellement de droit ecclésiastique, comme ils ont été enlevés sans jugement, il convient de les rendre avant tout jugement. Si la sainte Église a un droit sur eux, alors leurs possesseurs doivent être poursuivis par une action en justice.

Corrige tous ces excès sans te laisser influencer : alors tu seras vraiment un soldat du bienheureux apôtre Pierre, si tu as exercé dans ses affaires la garde de la vérité, fût-ce sans son aval.

Si tu vois justement que quelque chose peut relever du droit ecclésiastique, veille à ne jamais le défendre par la force, d'autant que j'ai établi le décret sous forme d'anathème : jamais des signes de propriété ne doivent être placés par notre Église sur un domaine urbain ou rustique. Mais tout ce qui appartient raisonnablement aux pauvres, doit aussi être défendu raisonnablement ; évitons que, parce qu'une affaire bonne n'a pas été bien conduite, ce que nous réclamons justement ne soit réputé injuste auprès du Dieu tout-puissant.

Que les laïcs nobles ou le glorieux préteur t'aient pour ton humilité et ne redoutent pas ton orgueil. Pour-  
jant, s'il t'arrive d'apprendre qu'ils ont commis des in-

55 aliqua agere cognoscis, humilitatem protinus in erectione uerte, ut eis semper et bene agentibus subditus et male agentibus aduersarius exsistas. Sed ita fac, ut nec humilitas tua remissa sit, nec auctoritas rigida, quatenus et humilitatem rectitudo condat, et ipsam tuam rectitudinem humilitas blandam reddat.

60 Praeterea sicut moris fuit, ut ad natalem pontificis episcopi conuenirent, ad ordinationis meae diem uenire eos prohibe, quia ista me uana superfluitas non delectat. Sed si eos conuenire necesse est, in beati Petri apostolorum principis natalem conueniant, ut ei, ex cuius largitate pastores sunt, gratiarum actiones soluant.

Bene ualeas.

65 Data sub die XVII Kalendarum Aprilium, imperatoris Mauricii anno nono.

## APPENDIX II

Gregorius episcopus seruus seruorum Dei dilectissimo filio Maximo, abbati monasterii sancti Andreae apostoli, qui appellatur Clivus Scauri, cuncteque eius congregationi Deo ibidem seruientibus in perpetuum.

5 Conuersionis mee primordia reducens ad animum, multum me monasterio sancti Andreae apostoli, cuius esse abbas dinosceris, inuenio debitorem, propter quod in eo monasticum habitum et conuersandi sumpsisti diuina potentie gratia protegente principium. Cui licet multa,

justices à l'égard des pauvres, change aussitôt l'humilité en hauteur. Ainsi tu te manifesteras toujours comme le serviteur de ceux qui agissent bien et l'aduersaire de ceux qui agissent mal. Mais fais en sorte que ton humilité ne soit pas molle, ni ton autorité rigide, afin que la droiture assaisonne l'humilité et que l'humilité rende aimable ta propre droiture.

Enfin, ç'a été la coutume que les évêques se réunissent pour l'anniversaire de l'évêque qui est pontife. Empêches de venir pour celui de mon ordination, car cette vaine superfluité ne me plaît pas, mais s'il faut qu'ils se réunissent, qu'ils le fassent pour l'anniversaire du bienheureux Pierre, prince des apôtres, en action de grâces à l'égard de celui dont la libéralité a fait d'eux des pasteurs.

Porte-toi bien !

Donné le 17<sup>e</sup> jour des calendes d'Avril, la 9<sup>e</sup> année de l'empereur Maurice.

## APPENDICE II

Le pape Grégoire confère un privilège à Maxime (ou Maximien, plus tard évêque de Syracuse), abbé du monastère situé à Rome au « Clivus Scauri ».

590-591

Grégoire, évêque, serviteur des serviteurs de Dieu, à son très cher fils Maxime, abbé du monastère de Saint-André-Apôtre, dénommé « Clivus Scauri » et à toute sa communauté, ceux qui servent Dieu en ce lieu pour toujours.

En me rappelant les débuts de ma conversion, je me sens très débiteur envers le monastère de Saint-André-Apôtre, dont tu es reconnu comme l'abbé, parce que j'y ai pris l'habit monastique et inauguré une vie nouvelle, protégé par la grâce divine du Tout-Puissant. Bien que

10 sicut prefatus sum, debeam, hoc tamen munusculum  
 priuilegii humili interim offerre deuotione prospexi. Statui  
 enim et a meis successoribus seruandum sine aliqua  
 refragatione constituo ut tam tibi quam cunctis, qui in  
 eodem monasterio gesserint abbatis officium, nullique de  
 15 congregatione liceat loca uel predia, que ante hos tres  
 annos in suprascripto monasterio meo condonare uisus  
 sum seu in antea a quibusdam ibidem sunt condonata,  
 ex hoc distrahere liceat cuicumque, uel qui antistes fuerit,  
 cui Deo auctore ecclesie deseruimus, aut quicumque  
 20 homo potens uel inferior alienare uisus fuerit uel auferre  
 conatus in proprium reduxerit, ante domini nostri Iesu  
 Christi in examine diei magni aduentus eius tribunal  
 mecum ibidem rationem erunt facturi. Ipsum enim iudi-  
 cem peto, qui est retributor omnium secundum proprios  
 25 actus suos. Qui enim inuentus fuerit monasterium meum  
 defendere, iustitie tramitem sectans, a dextris inueniatur  
 in locum lucis constitutus, quia ad hoc me concedendum  
 deuotio suffulsit. Quia uero perpetuo tempore seruari  
 desidero, adiciens decerno ut hec in sua semper firmitate  
 30 permaneant. Et hoc constitutum nullus qualibet exquisi-  
 tione uel nitatur arte dissoluere. Quod si quis hanc in  
 rem contrariam temptauerit mentem ostendere, cum  
 beato Andrea apostolo et mecum se ante omnipotentem  
 Deum rationem habere cognoscat, de cuius molitur lu-  
 35 minaribus hec, que a nobis sunt ordinata, destruere.

Deus te custodiat incolumem, dilectissime fili.

je lui doive beaucoup, comme je l'ai dit au début, j'ai  
 cependant envisagé pour le moment d'offrir avec une  
 humble dévotion ce tout petit cadeau, un privilège. J'ai  
 établi, en effet, et j'établis comme devant être observé  
 par mes successeurs sans aucune contestation que ni à  
 toi, ni à tous ceux qui remplissent l'office d'abbé dans  
 ce monastère, ni à personne de la communauté, il ne  
 soit permis, quant aux lieux et domaines qu'il m'a paru  
 bon de concéder au dit monastère depuis trois années  
 ou qui lui ont été concédés auparavant par d'autres, de  
 les lui soustraire. Et cela à quiconque : qu'il s'agisse de  
 celui qui sera l'évêque de l'Église que nous servons sous  
 l'autorité de Dieu, ou de quelque personnage puissant  
 ou d'un inférieur qu'on verra les aliéner ou qui essaiera  
 de les enlever pour se les approprier, ils auront à rendre  
 compte avec moi devant le tribunal de notre Seigneur  
 Jésus-Christ lors du jugement du grand jour de sa venue.  
 J'en appelle à lui comme juge, lui qui rendra à tous selon  
 leurs propres actes. Celui qui se sera trouvé défendre  
 mon monastère, suivant ainsi le sentier de la justice, qu'il  
 se trouve placé dans le lieu de la lumière, parce que c'est  
 la dévotion qui m'a poussé à concéder ce document. Et  
 puisque je désire que celui-ci soit gardé perpétuellement,  
 je décrète de plus que ces dispositions restent toujours  
 dans leur vigueur. Et ce statut, que personne n'essaie de  
 l'infirmier par aucune interprétation ou artifice. Si quel-  
 qu'un essayait de montrer une disposition contraire à ce  
 sujet, qu'il sache qu'il aura à en répondre, devant le  
 Dieu tout-puissant, au bienheureux André et à moi-  
 même ; il tente de ruiner ces dispositions que nous avons  
 prises au sujet de ses luminaires.

Que Dieu te garde en bonne santé, fils très cher !

## APPENDIX III

Temporibus papae Gregorii, consulatu Mauricii Augusti anno septimo depositus est Laurentius, qui primus fuerat in ordine diaconii sedis apostolicae, propter superbiam et mala sua quae tacenda duximus. Et factus  
5 est archidiaconus Honoratus coram omnibus presbyteris, diaconibus, notariis atque subdiaconibus uel cuncto clero in Basilica Aurea.

## APPENDIX IV

IN NOMINE DOMINI. CHARTULA QUAE RELECTA EST DE  
LAETANIA MAIORE IN BASILICA SANCTAE MARIAE

Sollemnitatis annuae deuotionis, filii dilectissimi, nos admonet ut laetaniam quae maior ab omnibus appellatur sollicitis ac deuotis debeamus auxiliante Domino mentibus celebrare, per quam a nostris excessibus eius misericordiae supplicantes purgari aliquatenus mereamur.  
5 Considerare etenim nos conuenit, dilectissimi, quam uariis continuisque calamitatibus pro nostris culpulis atque offensionibus affligamur, et qualiter idem caelestis pietatis nobis subinde medicina subueniat. Sexta igitur feria ueniente a titulo beati Laurentii martyris qui appellatur  
10 Lucinae egredientes, ad beatum Petrum apostolorum principem Domino supplicantes cum hymnis et canticis spiritalibus properemus, ut ibidem sacra mysteria cele-

## APPENDICE III

Récit de la déposition de l'archidiacre Laurent et de la promotion d'Honorat

Au temps du pape Grégoire, sous le consulat de l'empereur Maurice, la 7<sup>e</sup> année, fut déposé Laurent, qui avait été le premier dans l'ordre du diaconat du Siège apostolique, à cause de son orgueil et de ses méfaits, que nous avons pensé devoir passer sous silence. Et Honorat fut promu archidiacre devant tous les prêtres, diacres, notaires et sous-diacres et tout le clergé dans la basilique Aurea.

## APPENDICE IV

AU NOM DU SEIGNEUR.  
DOCUMENT, QUI FUT LU, SUR LA LITANIE MAJEURE  
DANS LA BASILIQUE DE SAINTE-MARIE

La solennité de cette fête annuelle, fils très chers, nous invite à célébrer, aidés par le Seigneur, avec attention et dévotion d'esprit la litanie que tous appellent majeure : que par elle nous méritions, en suppliant sa miséricorde, d'être purifiés autant qu'il est possible de nos erreurs. En effet, il convient, très chers, que nous considérions de quelles catastrophes diverses et permanentes nous sommes affligés en raison de nos fautes et offenses, et comment le même Seigneur, bon médecin du ciel, vient souvent à notre secours. Donc, vendredi prochain, sortant du titre du bienheureux martyr Laurent in Lucina, hâtons-nous vers l'église du bienheureux Pierre, prince des apôtres en suppliant le Seigneur avec des hymnes et

brantes, tam de antiquioribus quam de praesentibus be-  
 15 neficiis pietati eius in quantum possumus referre gratias  
 mereamur.

#### APPENDIX V

Leuatus est Maximus praesumptor in Dalmatias contra  
 uotum domni papae Gregorii a militibus per indictionem  
 undecimam et in contumacia uel praesumptione fuit  
 annis VII. Post haec, post castigationem et flagella bea-  
 5 tissimi atque apostolici papae Gregorii egressus de Dal-  
 matias uenit in ciuitate Rauennate ad beatissimum Ma-  
 rinianum archiepiscopum et iactauit se tensus intra ciui-  
 tatem in media silice clamans et dicens : « Peccaui Deo  
 et beatissimo papae Gregorio ». Et acta paenitentia per  
 10 tribus horis, tunc cucurrit exarchus Callinicus, Castorius  
 cartularius ecclesiae Romanae cum archiepiscopo Mari-  
 niano, et leuatus coepit ampliorem paenitentiam coram  
 eis agere. Tunc duxit eos ad sanctum corpus beati Apol-  
 linaris et iurauit se de omnia quae aduersus eum dicta  
 15 de mulieribus uel escismate simoniaci fuerant mixtum se  
 non esse. Tunc reuertens Castorius cartularius adduxit  
 secum diaconem eiusdem Maximi, nomine Stephanum.  
 Relato omnia, quae a Maximo satisfacta essent, tunc  
 motus ad misericordiam beatissimus papa Gregorius di-  
 20 rexit pallium ad confirmationem eiusdem episcopi, id est  
 VIII Kalendas Septembris indictione secunda.

des cantiques spirituels, pour y célébrer les saints mystères  
 et mériter de rendre grâce à sa bonté autant que nous  
 le pouvons pour ses bienfaits passés et présents !

#### APPENDICE V

Comment l'on rapporte la pénitence faite par Maxime de  
 Salone

L'usurpateur Maxime fut élevé en Dalmatie par les  
 soldats contre la volonté du Seigneur pape Grégoire au  
 cours de la 11<sup>e</sup> indiction et il resta pendant sept ans  
 contumace et usurpateur. Ensuite, après que le bienheu-  
 reux et apostolique pape Grégoire lui eut infligé châti-  
 ment et peines, quittant la Dalmatie, il vint dans la ville  
 de Ravenne auprès du bienheureux archevêque Marinien  
 et se jeta de tout son long en pleine ville, à même la  
 pierre, et cria en ces termes : « j'ai péché contre Dieu et  
 le bienheureux pape Grégoire. » Il fit pénitence pendant  
 trois heures. Alors accoururent l'exarque Callinicus, Cas-  
 torius, chancelier de l'Église romaine avec l'archevêque  
 Marinien. Relevé, Maxime se mit devant eux à intensifier  
 sa pénitence. Puis il les conduisit vers le saint corps du  
 bienheureux Apollinaire et jura qu'il n'avait pas été mêlé  
 à tout ce qui avait été dit contre lui, concernant des  
 femmes et un schisme simoniacque. Puis le chancelier  
 Castorius revint, amenant avec lui le diacre du même  
 Maxime, nommé Étienne. Quand on lui eut rapporté  
 tout ce que Maxime avait accompli en signe de satisfac-  
 tion, alors le très bienheureux pape Grégoire, poussé à  
 la miséricorde, lui conféra le pallium pour la confirmation  
 de cet évêque, cela le 8<sup>e</sup> jour des calendes de Septembre,  
 en la 2<sup>e</sup> indiction.

## APPENDIX VI

EPISTVLA IOHANNIS EPISCOPI RAVENNATIS AD  
GREGORIVM APOSTOLICVM PAPAM DE VSV PALLII  
ET DE MAPPVLIIS

Reuerentissimus conseruus meus Castorius, apostolicae sedis uestrae notarius, reddidit mihi domni mei epistulam, consortem mellis et uulneris. Quae sic tamen infixit aculeos, ut locum non subtraheret medicinae. Nam qui  
5 superbiam diuinum sequens iudicium reprehendit, merito se mitem ac placidum quodammodo profitetur.

Commemorastis igitur quod ego nouitatis ambitione pallii usum supra quam antecessoribus meis indultum fuerat usurpassem. Quam rem proprii domni mei  
10 conscientia, quae diuina dextera regitur, nullomodo credere patiatur nec opinionis incerto aures sacratissimas aperire. Primum licet peccator noui tamen quam graue sit terminos a patribus affixos transcendere, et quod omnis elatio nihil aliud habeat quam ruinam. Nam si  
15 maiores nostri in regibus superbiam non tulerunt, quanto magis non est in sacerdotibus sustentanda? Deinde recolo me in sinu atque gremio sacrosanctae ecclesiae uestrae Romanae et nutritum et Deo auxiliante prouectum. Et quibus excessibus ego sanctissimae illi sedi, quae  
20 in uniuersali ecclesia iura sua transmittit, praesumpserim

1. Cf. *Prov.* 22, 28.

## APPENDICE VI

Jean, évêque de l'Église de Ravenne, répond au pape Grégoire en réfutant des objections qui lui étaient faites et en demandant que les privilèges de son Église ne soient pas diminués.

Après Juillet 593.

LETTRE DE JEAN, ÉVÊQUE DE RAVENNE,  
A GRÉGOIRE, PAPE APOSTOLIQUE,  
SUR L'USAGE DU PALLIUM ET DES MANIPULES

Mon très respectable compagnon Castorius, notaire de Votre Siège apostolique, m'a remis une lettre de mon seigneur, qui mêle la douceur et la blessure. Cette lettre a enfoncé en moi des aiguillons, mais sans pourtant retirer tout moyen de guérir. Car celui qui blâme l'orgueil, en suivant le jugement de Dieu, n'est pas sans se manifester d'une certaine façon, en vérité, doux et paisible.

Vous avez donc mentionné que l'ambition de la nouveauté m'a fait abuser du pallium au-delà de ce qui avait été accordé à mon prédécesseur. Cela, que la conscience de mon seigneur, conduite par la droite de Dieu, ne supporte nullement de le croire ni d'ouvrir ses oreilles très saintes à l'incertitude de l'opinion! D'abord, bien que pécheur, je sais pourtant combien il est grave de dépasser les limites fixées par nos pères<sup>1</sup> et que toute arrogance n'engendre que ruine. Car si nos ancêtres n'ont pas supporté l'orgueil chez les rois, combien plus ne doit-il pas être supporté chez les prêtres? Ensuite je me rappelle que c'est dans le sein et le giron de votre très sainte Église de Rome que j'ai été nourri et que j'ai été promu avec l'aide de Dieu. Et par quels excès aurais-je eu l'audace de m'opposer à ce Siège très saint, qui

obuiare, propter cuius conseruandam auctoritatem, sicut Deo manifestum est, multorum contra me inimicorum inuidiam grauiter excitauit ? Sed beatissimus dominus meus nihil me contra priscam consuetudinem estimet attemp-  
 25 tasse, quod et a multis et prope ab omnibus ciuibus huius urbis, etiam inter gesta si acquireret suprascriptus reuerentissimus notarius, potuerat attestari, quoniam iam de secretario descendentibus filiis ecclesiae et ingredien-  
 30 nus episcopo Rauennatis ecclesiae pallium consueuit induere ; quod et in letaniis sollempnibus uti pariter consueuit.

Nullus ergo contra me domno meo conetur subripere, quia si uult Deo custode non potest, quod a me aliqua  
 35 fuisset nouitas introducta. Qualiter enim iussionibus uel utilitatibus uestris ubi causa exigit paruerim, omnipotens Deus cordi uestro purissimo faciat manifestum. Et hoc peccatis meis imputo, ut post tot labores atque angustias, quas intus forisque sustineo, talem uicissitudinem merear  
 40 inuenire. Sed iterum illa res me inter alia consolatur, quod interdum sanctissimi patres ob hoc tantummodo castigant filios, ut eos faciant potiores, et post hanc deuotionem ac satisfactionem sanctae Rauennati eccle-  
 45 legia conseruetis sed et maiora uestris temporibus conferatis.

Nam quod de mappulis a presbiteris et diaconibus meis praesumptum apostolatus uester scripsit, uere fateor, taedet me exinde aliquid commemorare, cum per se  
 50 ueritas, quae apud dominum meum sola praeualet, ipsa sufficiat. Nam cum hoc minoribus circa urbem constitutis

transmet ses lois à l'Église universelle, moi qui, pour sauvegarder son autorité, comme il est clair pour Dieu, ai suscité gravement contre moi la haine de nombreux ennemis ? Mais que mon très bienheureux seigneur pense que je n'ai rien entrepris contre l'ancienne coutume. Car ce qui aurait pu être attesté par de nombreux et presque tous les citoyens de Ravenne à ce moment-là, et serait même dans les procès-verbaux si le très révérend notaire susdit y avait consenti, le voici : au moment où les fils de l'Église descendent de la sacristie et où les diacres entrent pour que la procession se mette en route, c'est le premier diacre qui a coutume de revêtir du pallium l'évêque de l'Église de Ravenne, et cet usage était habituel également dans les litanies solennelles.

Que personne n'essaie de surprendre contre moi la confiance de mon seigneur — car, s'il veut le faire, il ne le peut, grâce à la protection de Dieu, en prétendant que j'ai introduit quelque nouveauté. Que le Seigneur tout-puissant, en effet, manifeste à votre cœur très pur de quelle façon je me suis soumis à vos ordres et à vos intérêts lorsque la cause l'exigeait. Et j'attribue à mes péchés le fait qu'après tant de travaux et d'angoisses que je supporte à l'intérieur et à l'extérieur, je puisse mériter d'encourir une telle tribulation. Mais d'autre part, cette considération entre autres me console que, parfois, les pères très saints châtient leurs fils à seule fin de les rendre plus vigoureux et que, une fois manifestée ma dévotion et offerte cette amende honorable, vous conserviez à la sainte Église de Ravenne qui est particulièrement vôtre non seulement ses anciens privilèges, mais que vous en accordiez de plus grands en votre temps.

Car ce que Votre Apostolat a écrit sur l'usage abusif des manipules par mes diacres, j'avoue vraiment qu'il m'est pénible d'en faire mention, étant donné que par elle-même la vérité qui seule prévaut auprès de mon seigneur suffirait. Car, sans compter que le port est licite



ecclesiis licitum sit, poterit etiam apostolatus domni mei,  
 si uenerabilem clerum primae apostolicae sedis suae re-  
 quirere dignatur, modis omnibus inuenire, quia quotiens  
 55 ad ordinationem episcopatus seu responsi sacerdotes uel  
 leuitae Rauennatis ecclesiae Romam uenerunt, quod  
 omnes in oculis sanctissimorum decessorum uestrorum  
 cum mappulis sine reprehensione aliqua procedebant.  
 Quare etiam eo tempore, quo istic a prodecessore uestro  
 60 peccator ordinatus sum, cuncti presbiteri et diaconi mei  
 in obsequio domni papae mecum procedentes usi sunt.  
 Et quia prouidens Deus noster omnia in manu uestra et  
 in conscientia purissima collocauit, adiuro uos per ipsam  
 sedem apostolicam, quam antea moribus nunc etiam  
 65 honore debito gubernatis, ut in nullo Rauennati ecclesiae,  
 quae familiariter uestra est, pro meo merito priuilegia  
 quibus hucusque usa est minuatis, sed ut, secundum  
 uocem propheticam, in me et in domo patris mei secun-  
 dum sui meritum transferantur. Quia ego uniuersa priui-  
 70 legia, quae sanctae Rauennati ecclesiae a predecessoribus  
 uestris indulta sunt, pro maiori satisfactione subieci, eo-  
 rum in scriniis uenerabilibus secundum consecrationis  
 decessorum meorum tempora fidem nihilominus repper-  
 riens. Nunc uero in Dei et in uestra est postestate  
 75 quicquid ueritate cognita fieri iusseritis, quoniam ego  
 iussionibus apostolatus domni mei parere desiderans,  
 quamuis antiqua consuetudo obtinuit, usque ad secun-  
 dam iussionem abstinere curauit.

pour des Églises moins importantes situées autour de la  
 Ville, l'Apostolat de mon seigneur, s'il daigne faire une  
 enquête auprès des vénérables clercs du premier Siège  
 apostolique, qu'il occupe, pourra découvrir de toute ma-  
 nière ce qui suit : toutes les fois que sont venus à Rome  
 pour une ordination épiscopale les prêtres ou les lévites  
 délégués par l'Église de Ravenne, ils prenaient tous part  
 aux processions avec des manipules sous les yeux de tous  
 vos saints prédécesseurs sans encourir de reproche. C'est  
 pourquoy, au moment où moi, pécheur, j'ai reçu à Rome  
 l'ordination des mains de votre prédécesseur, tous mes  
 prêtres et mes diacres qui processionnaient avec moi dans  
 le cortège du seigneur pape les ont utilisés. Et parce que  
 dans sa providence notre Dieu a tout placé dans votre  
 main en votre conscience très pure, au nom de ce Siège  
 apostolique, qu'auparavant vous guidiez par votre genre  
 de vie et maintenant par l'honneur qui vous est dû, je  
 vous adjure, pour cette Église de Ravenne qui est en  
 quelque sorte votre famille de ne pas diminuer, en consi-  
 dération de moi, les privilèges dont elle a joui jusqu'à  
 présent, mais, en considération de vous, de les trans-  
 mettre, selon le mot du prophète, à moi et à la maison  
 de mon père. Moi, en effet, je vous ai soumis, pour une  
 plus grande satisfaction, tous les privilèges accordés à la  
 sainte Église de Ravenne par vos prédécesseurs : j'en ai  
 pourtant trouvé l'attestation fidèle dans les archives vé-  
 nérables contemporaines de la consécration épiscopale de  
 mes prédécesseurs. Mais maintenant est en votre pouvoir  
 et en celui de Dieu tout ce que vous déciderez de faire  
 une fois la vérité connue ; car, pour moi, je désire obéir  
 aux ordres de l'Apostolat de mon seigneur et j'ai décidé  
 de m'abstenir de ces privilèges, quelle que soit la force  
 que leur donne l'antique coutume, jusqu'à la prochaine  
 manifestation de votre volonté.

## APPENDIX VII

## EXEMPLVM PRAECEPTI

Dilectissimo fratri Petro Iohannes. Conuenire nouimus rationi ut eos amictu pallii decoremus, quos in illis ciuitatibus diuina inspirante misericordia sacerdotii honor illuminat, in quibus hoc etiam illis qui praeteritis temporibus fuere pontifices ab apostolica sede esse constat indultum. Ideoque caritati tuae usum pallii sicut decesores tui habuisse noscuntur praesenti auctoritate concedimus, atque ea omnia circa honoris tui priuilegium uolumus permanere, quae anterioribus temporibus ecclesiae tuae constat esse seruatum, ut nihil prorsus de priuilegiis eius doleas deminutum.

Et subscriptio domni papae. Deus te incolumem custodiat.

Data X Kalendas Octobrias imperante domno Iustino Augusto.

## APPENDIX VIII

## IN NOMINE DOMINI SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI

Per indictionem sextam die uicesima tertia mensis Nouembrii temporibus domni et beatissimi papae Gre-

## APPENDICE VII

Le pape Jean III accorde à Pierre, évêque de Ravenne, l'usage du pallium et confirme tous les privilèges de l'Église de Ravenne (cf. lettre III, 54 de Grégoire).

Le 22 Septembre 569

## ORIGINAL DE L'AUTORISATION

Jean à Pierre, son très cher frère. Nous savons qu'il est raisonnable que nous honorions du vêtement du pallium ceux qui, par l'inspiration de la miséricorde divine, resplendissent de l'honneur du sacerdoce dans les cités où il est clair que cette faveur a été accordée par le Siège apostolique à ceux qui y ont été évêques dans les temps passés. C'est pourquoi nous accordons par ce diplôme à Ta Charité l'usage du pallium comme en ont joui, on le sait, tes prédécesseurs et nous voulons maintenir tout ce qui concerne le privilège qui t'honore, tout ce qui a été reconnu en toute clarté dans le passé à ton Église ; ainsi tu n'auras à déplorer absolument aucune diminution de ses privilèges.

La signature est celle du seigneur pape. Que Dieu te garde en bonne santé !

Donné le 10 des calendes d'Octobre sous le règne du seigneur empereur Justin.

## APPENDICE VIII

Récit de l'usurpation du pouvoir impérial par Phokas après l'assassinat de Maurice.

AU NOM DU SEIGNEUR JÉSUS-CHRIST  
NOTRE SAUVEUR

Pendant la 6<sup>e</sup> indiction, le 23 Novembre, à l'époque du seigneur et très bienheureux pape Grégoire, Phokas fut

gorii coronatus est Focas et Leontia Augusta in Septimo  
 in palatio qui dicitur Secundianas, et occisus est Mauri-  
 5 cius imperator cum omnibus filiis suis masculis, id est  
 Theodosio iam coronato, Tiberio, Petro, Paulo et Iusti-  
 niano, simul et Petro fratre suprascripti Mauricii Au-  
 gusti ; sed et aliqui procerum, qui ei cohaerebant, id est  
 Constantinus patricius et curator de Placidias sed et  
 10 Georgius notarius principis. Venit autem icona supras-  
 criptorum Focae et Leontiae Augustorum Romae sep-  
 timo Kalendarum Maiarum, et acclamatum est eis in  
 Lateranis in basilica Iulii ab omni clero uel senatu :  
 « Exaudi Christe ! Focae Augusto et Leontiae Augustae  
 15 uita ! » Tunc iussit ipsam iconam domnus beatissimus et  
 apostolicus Gregorius papa reponi eam in oratorio sancti  
 Cesarii intra palatio.

## APPENDIX IX

### DENVNTIATIO PRO SEPTIFORMI LETANIA

Oportet, fratres carissimi, ut flagella Dei, quae metuere  
 uentura debuimus, saltem praesentia et experta timeamus.  
 Conuersionis nobis aditum dolor aperiat, et cordis nostri  
 duritiam ipsa iam quam patimur poena dissoluat. Vt  
 5 enim propheta teste praedictum est : *Peruenit gladius*  
*usque ad animam*. Ecce etenim cuncta plebs caelestis irae  
 mucrone percutitur et repentina singuli caede uastantur.  
 Nec languor mortem praeuenit, sed languoris moras, ut  
 cernitis, mors praecurrit. Percussus quisque ante rapitur,  
 10 quam ad lamenta paenitentiae conuertatur. Pensate ergo

1. Jér. 4, 10.

couronné empereur avec l'impératrice Léontia, dans le  
 palais dénommé Secundianae, dans la 7<sup>e</sup> région, et l'em-  
 pereur Maurice fut mis à mort avec tous ses fils : Théo-  
 dose, déjà couronné, Tibère, Pierre, Paul et Justinien,  
 ainsi que Pierre, frère du susdit empereur Maurice ; de  
 même aussi quelques-uns des grands personnages qui lui  
 étaient attachés, le patrice Constantin, curateur du palais  
 de Placidia, ainsi que Georges, le notaire du prince.  
 L'image des susdits, l'empereur Phokas et l'impératrice  
 Léontia, vint à Rome le 7<sup>e</sup> jour des calendes de Mai, et  
 tout le clergé et le sénat les acclamèrent au Latran dans  
 la basilique Julienne : « Christ, exauce-nous ! Vive l'em-  
 pereur Phokas et l'impératrice Léontia ! » Alors le bien-  
 heureux et apostolique seigneur, Grégoire pape, ordonna  
 que cette image fût déposée à l'intérieur du palais dans  
 l'oratoire de Saint-Césaire.

## APPENDICE IX

### ANNONCE POUR LA LITANIE SEPTIFORME

Il faut, frères très chers, que les fléaux de Dieu, que  
 nous aurions dû craindre pour l'avenir, nous en ayons  
 du moins peur lorsqu'ils sont là et que nous en faisons  
 l'expérience. Que la douleur nous ouvre l'accès à la  
 conversion et que le châtement même que nous subissons  
 brise la dureté de notre cœur ! Comme l'a annoncé le  
 témoignage du prophète : « Le glaive m'a atteint jusqu'à  
 l'âme<sup>1</sup>. » Voici, en effet, que tout le peuple est frappé  
 par l'épée de la colère céleste, et chacun est atteint par  
 un coup soudain. Ce n'est pas la maladie qui annonce  
 la mort, mais comme vous le voyez, la mort devance les  
 lenteurs de la maladie. Chacun est frappé et arraché  
 avant qu'il ne se soit converti aux sanglots de la péni-

qualis ad conspectum districti iudicis peruenit, cui non uacat flere quod fecit. Habitatores quique non ex parte subtrahuntur sed pariter corruunt. Domus uacuae relinquuntur, filiorum funera parentes aspiciunt, et sui eos ad  
 15 interitum heredes praecedunt. Vnusquisque ergo nostrum ad paenitentiae lamenta confugiat, dum flere ante percussione[m] uacat. Reuocemus ante oculos mentis, quicquid errando commisimus, et quod nequiter egimus flendo puniamus. *Praeueniamus faciem eius in confessione*  
 20 et, sicut propheta admonet, *leuemus corda nostra cum manibus ad Deum*. Ad Deum quippe corda cum manibus leuare est orationis nostrae studium cum merito bonae operationis erigere. Dat profecto, dat tremori nostro fiduciam, qui per prophetam clamat: *Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur et uiuat*. Nullus autem de  
 25 iniquitatum suarum immanitate desperet. Veterinosas namque Ninuitarum culpas triduana paenitentia abstersit, et conuersus latro uitae praemia etiam in ipsa sententia suae mortis emeruit. Mutemus igitur corda et  
 30 praesumamus nos iam percepisse quod petimus. Citius ad precem iudex flectitur, si a prauitate sua petitor corrigatur. Imminente ergo tantae animaduersionis gladio nos importunis fletibus insistamus. Ea namque quae ingrata esse hominibus importunitas solet iudicio ueritatis  
 35 placet, quia pius ac misericors Deus uult a se precibus ueniam exigi, qui, quantum meremur, non uult irasci. Hinc etenim per psalmistam dicit: *Inuoca me in die tribulationis tuae, et eripiam te, et magnificabis me*. Ipse

2. Ps. 94, 2.

3. Lam. 3, 41.

4. Ez. 33, 11.

5. Ps. 49, 15.

tence. Pesez donc dans quel état parvient devant le juge sévère celui qui n'a pas eu le loisir de pleurer sur ce qu'il a fait ! Ce n'est pas une partie des habitants qui est enlevée, mais ils s'écroulent ensemble. Les maisons sont laissées vides, les parents regardent les funérailles de leurs fils et leurs héritiers les précèdent dans la mort. Que chacun de nous se réfugie dans les sanglots de la pénitence, tant qu'il lui est possible de pleurer avant d'être frappé ! Rappelons aux yeux de notre esprit toutes les erreurs que nous avons commises et que nos larmes punissent ce que nous avons fait de mal ! « Allons devant sa face en confessant nos fautes<sup>2</sup> » et, selon l'avertissement du prophète, « élevons nos cœurs avec nos mains vers Dieu<sup>3</sup> ». Or élever son cœur avec ses mains vers Dieu, c'est faire monter le zèle de notre prière avec le mérite d'une bonne action. Il donne en vérité, il donne confiance à notre peur, celui qui crie par la voix du prophète : « Je ne veux pas la mort du pécheur, mais qu'il se convertisse et qu'il vive<sup>4</sup>. » Et que personne ne désespère à cause de l'énormité de ses iniquités ! Car les trois jours de pénitence ont effacé les fautes invétérées des Ninivites, et le larron converti a mérité les récompenses de la vie sous le coup même de la sentence qui lui valait la mort. Changeons donc nos cœurs et soyons persuadés que nous avons déjà reçu ce que nous demandons. Le juge se laisse fléchir plus vite par la prière, si celui qui l'implore se corrige de sa perversité. Sous la menace d'un châtement si grand, appliquons-nous donc à des larmes qui nous coûtent. En effet, la peine qui est désagréable aux hommes plaît au tribunal de la vérité. Car le Dieu bon et miséricordieux veut que le pardon lui soit arraché par les prières, lui qui ne veut pas s'irriter autant que nous le méritons. C'est pourquoi il dit par la bouche du psalmiste : « Invoque-moi au jour de la tribulation et je te libérerai, et tu me magnifieras<sup>5</sup>. » Il se

ergo sibi testis est quia inuocantibus misereri desiderat,  
40 qui admonet ut inuocetur.

Proinde, fratres carissimi, contrito corde et correctis  
operibus crastina die primo diluculo ad septiformem  
letaniam iuxta distributionem inferius designatam deuota  
cum lacrimis mente ueniamus. Nullus uestrum ad terrena  
45 opera in agros exeat, nullus quodlibet negotium agere  
praesumat, quatenus ad sanctae genetricis Domini eccle-  
siam conuenientes, qui simul omnes peccauimus, simul  
omnes mala quae fecimus deploremus, ut districtus iudex,  
dum culpas nostras nos punire considerat, ipse a sententia  
50 propositae damnationis parcat.

Sequitur : Letania clericorum exeat ab ecclesia sancti  
Iohannis baptistae, letania uirorum ab ecclesia sancti  
martyris Marcelli, letania monachorum ab ecclesia bea-  
torum martyrum Iohannis et Pauli, letania ancillarum  
55 Dei ab ecclesia beatorum martyrum Cosmae et Damiani,  
letania feminarum coniugarum ab ecclesia beati primi  
martyris Stephani, letania uiduarum ab ecclesia beati  
martyris Vitalis, letania pauperum et infantium ab eccle-  
sia beatae martyris Caeciliae.

60 Fecit et in basilica sanctae Sauinae sub die IIII Kalen-  
darum Septembrium indictione sexta.

rend donc témoignage qu'il désire prendre pitié de ceux  
qui l'invoquent, celui qui demande à être invoqué.

Aussi, frères très chers, demain dès l'aube, le cœur  
contrit et vos affaires mises en ordre, rendons-nous à la  
litanie septiforme selon le plan désigné ci-dessous, avec  
larmes et piété. Que personne parmi vous ne se rende  
dans ses champs pour travailler la terre ! Que personne  
n'ait l'audace de s'occuper de quelque ouvrage que ce  
soit : convergeons vers l'église de la sainte mère du  
Seigneur, nous tous qui avons péché ensemble, et en-  
semble pleurons tous sur les maux que nous avons  
commis, afin que le juge sévère, tandis qu'il envisage de  
nous punir pour nos fautes, nous épargne la décision de  
la condamnation prévue.

Ensuite, que la procession des clercs sorte de l'église  
de saint Jean-Baptiste, celle des hommes de l'église du  
saint martyr Marcel, celle des moines de l'église des  
bienheureux martyrs Jean et Paul, celle des servantes de  
Dieu de l'église des bienheureux Côme et Damien, celle  
des femmes mariées de l'église du bienheureux martyr  
Étienne, celle des veuves de l'église du bienheureux mar-  
tyr Vital, celles des pauvres et des enfants, de l'église de  
la bienheureuse martyre Cécile !

Fait à la basilique de Sainte-Sabine le 4<sup>e</sup> jour des  
calendes de septembre pendant la 6<sup>e</sup> indiction.

## APPENDIX X

GREGORIUS SECUNDINO SERVO DEI INCLAVSO

Dilectissimo filio Secundino seruo Dei inclauso Gregorius seruus seruorum Dei.

Dilectionis tuae litteras suscepi quae in meo sensu amoris melle condita sapuerunt. O, quanta aspiratione  
5 uitae plena sunt, quae per gratiam spiritus proferuntur ! Non in eis cultus eloquentiae, non uerborum typhus apparebant, sed solam ueritatis atque caritatis radicem tenentia per omne quod locuta sunt caelestis patriae amorem flabant. In eis uero tua a me dilectio petere  
10 studuit ut ad hanc libellum exhortatorium scribere deberem. Sed scire te necesse est, fili carissime, quia tantis podagrae doloribus tantisque curarum tumultibus premor, ut, quamuis numquam me aliquid fuisse reminiscar, ualde tamen me uideam non esse qui fuerim. Quod autem  
15 se tua caritas et ultra aetatem quinquagenariam adhuc iuuenalibus desideriis asserit subiacere, in hoc quoque diuini oraculi impleas praeceptum, quod scriptum est : *Iustus in principio accusator est sui*. Nec tamen dubito maiores te hostis callidi insidias perpeti qui maiora contra  
20 eum bella praeparasti. Tanto quippe ille deceptionis molimina ardentius exquirat, quanto te caelesti patriae feruentius inhiare cognoscit. Nos enim, qui uitam cum

1. *Prov.* 18, 17.

## APPENDICE X

La lettre que Grégoire écrivit au serviteur de Dieu Secundinus (ou Secundus) reclus (IX, 148) a été interpolée dès le 8<sup>e</sup> siècle. Nous lui rendons la forme que présentent les manuscrits de la famille P.

GRÉGOIRE A SECUNDINUS,  
SERVITEUR DE DIEU, RECLUS

Grégoire, serviteur des serviteurs de Dieu, à son très cher fils Secundinus, serviteur de Dieu, reclus.

J'ai reçu la lettre de Ta Dilection : elle a été savoureuse à mon cœur, accompagnée qu'elle était du miel de l'amour. Oh ! de quel souffle de vie est plein ce qui est adressé par la grâce de l'esprit ! Dans ta lettre, n'apparaissait pas le culte de l'éloquence, l'enflure des mots, mais ce qui s'enracine uniquement dans la vérité et la charité respirait l'amour de la patrie céleste par tout ce qui était dit.

Or dans cette lettre Ta Dilection a eu à cœur de me dire que je devrais lui écrire un petit livre d'exhortations. Mais il faut que tu le saches, fils très cher, je suis oppressé de telles souffrances dues à la goutte et de telles agitations dues aux affaires, que, tout en ne me souvenant pas d'avoir jamais été quelque chose, je ne me vois nullement être ce que j'ai été. Et quand Ta Charité affirme que, même après l'âge de cinquante ans, elle est encore soumise aux désirs de la jeunesse, là encore tu accomplis ce que prescrit la parole de la divine Écriture : « Dès le début le juste s'accuse<sup>1</sup>. » Et pourtant je ne doute pas que tu subisses de pires embûches de l'ennemi rusé, toi qui as préparé contre lui des combats plus intenses. Celui-ci recherche avec des efforts d'autant plus ardents comment te tromper qu'il sait que tu aspiras avec plus de ferveur à la patrie céleste. En effet, nous qui parta-

plurimis ducimus, etsi formidolosi ac timidi, tamen quia  
 contra antiquum hostem bellum proposuimus, quasi in  
 25 acie stamus; uos autem, qui solitariam uitam ducitis,  
 quid aliud quam monomachos dixerim, qui feruore uir-  
 tutis etiam ante aciem exire festinastis? Cur ergo eum  
 non singulariter hostis impetat, a quo se impeti singula-  
 30 saepe per homines a callido hoste temptamur; uos autem  
 qui uiam uitae praesentis extra hominum frequentiam  
 ducitis, tanto maiora certamina pati necesse est, quanto  
 ad uos ipse temptationum magister accedit. Neque enim  
 uacare orationibus ac laudibus Dei sine aliqua interrup-  
 35 tione temporis potestis, quia, etsi intentio continue  
 prompta est, ipsa tamen humanitatis infirmitas ad se-  
 metipsam relabatur, ut aliquando fessa iaceat atque ab  
 studii sui exercitatione torpescat. Antiquus uero hostis  
 mox ut otiosam mentem inuenerit, ad eam sub quibus-  
 40 dam occasionibus locuturus uenit et quaedam ei de gestis  
 praeteritis ad memoriam reducit, audita quondam uerba  
 indecenter cogitationi resonat et, si qua dudum turpiter  
 acta sunt, eorum speciem cordis oculis opponit, ut, quam  
 de praesentibus non ualet inquinare, de malis transactis  
 45 uiolet. Et decepta mens saepe in delectatione reparat,  
 unde diu iam se per paenitentiam afflixit, ita ut uere cum  
 psalmista dicat: *Computruerunt et deterioratae sunt ci-  
 catrices meae a facie insipientiae meae*. Cicatrix quippe  
 figura est uulneris, sed sanati. Cicatrix ergo ad putredi-  
 50 nem redit, quando peccati uulnus, quod iam per paeni-  
 tentiam sanatum est, in delectationem sui animum concu-  
 tit. Saepe quod numquam fecimus, per hostis callidi

2. Du grec *μονομάχος* : qui combat seul à seul.

3. *Ps.* 37, 6.

geons la vie du plus grand nombre, malgré nos peurs et  
 notre timidité, parce que nous avons engagé le combat  
 contre l'antique ennemi, nous tenons bon comme re-  
 groupés en première ligne; vous qui menez une vie  
 solitaire, comment vous appellerais-je sinon « mono-  
 maques »<sup>2</sup>, vous que l'ardeur de la vertu pousse à sortir  
 en hâte même devant la ligne de bataille? Pourquoi donc  
 l'ennemi n'attaquerait-il pas particulièrement celui par  
 qui il se voit attaqué pareillement? Nous qui vivons au  
 milieu des hommes, c'est à travers eux que l'habile  
 ennemi souvent nous tente; pour vous, qui suivez le  
 chemin de la vie présente en dehors de la foule humaine,  
 il est inévitable que vous subissiez des assauts d'autant  
 plus forts que le maître des tentations s'approche lui-  
 même de vous. En effet, vous ne pouvez vous livrer sans  
 arrêt aux prières et louanges de Dieu, car même si  
 l'intention est continuellement à l'œuvre, la faiblesse  
 humaine retombe sur elle-même au point qu'elle gît  
 parfois, épuisée et qu'elle s'engourdit dans l'exercice de  
 son zèle. Mais l'antique ennemi dès qu'il a trouvé un  
 esprit oisif vient à lui en certaines occasions pour lui  
 parler et ramène à sa mémoire certaines de ses actions  
 passées; il fait résonner à sa pensée des paroles incon-  
 venantes entendues jadis, et si des actions honteuses ont  
 été accomplies naguère, il les met en valeur aux yeux du  
 cœur: ainsi profane-t-il par des maux passés l'esprit qu'il  
 ne peut souiller de maux présents. Et l'esprit trompé  
 souvent renouvelle en s'y délectant ce pour quoi il s'est  
 mortifié depuis longtemps par la pénitence. Il peut ainsi  
 dire en vérité avec le psalmiste: « Mes cicatrices se sont  
 gangrenées et ont empiré devant ma sottise<sup>3</sup>. » La cica-  
 trice est l'image de la blessure, mais guérie. Donc elle se  
 gangrène à nouveau quand la blessure du péché, déjà  
 guérie par la pénitence, trouble l'âme pour qu'elle se  
 complaise en elle-même. Souvent ce que nous n'avons  
 jamais fait, les astuces de l'ennemi rusé nous le font voir

insidias cordis oculis uidemus, cumque insensibiliter in hoc delectatio subripit, quamuis iam plangat quae fecerit, taedet tamen infelicem animum quaedam nos fecisse quae  
55 plangat. Hae sunt cordis nostri tenebrae, quas in hac uita uolentes nolentesque sustinemus. Quis contra haec quaerendus est nisi adiutor in opportunitatibus in tribulatione ?

60 Valde autem libenter accepi quod tua me caritas de sua dubitatione requisiiuit, an Orientis ecclesiae fidem atque doctrinam sanctae memoriae Leonis sequantur, ne fortasse earum sensus inter semetipsas pro trium capitulorum defensione diuisus sit. Vnde certam dilectionem  
65 tuam esse desidero, quia praedictae sanctissimae orientales ecclesiae uno sensu, una doctrina fidem eiusdem sanctae memoriae Leonis tenent sanctamque Chalcedonensem synodum ita nobiscum custodiunt atque uenerantur, ut nullus esse episcopus reputetur, qui eiusdem  
70 synodi defensor sectatorque non fuerit. Hinc est enim ut, quotiens in quattuor praecipuis sedibus antistites ordinantur, synodales sibi epistulas uicissim mittant, in quibus se sanctam Chalcedonensem synodum cum aliis generalibus synodis custodire fateantur, sicut et nos auersamur atque anathemate plectendos ducimus, si quis de  
75 fide eiusdem synodi aliquid imminuere uel aliquid in ea addere praesumit. Nam synodus quae postea generaliter facta est idcirco a nobis recipitur, quia eiusdem synodi sequax in omnibus illius honorem auctoritatemque custodit. Vnde necesse est ut dulcissima mihi tua dilectio in hoc, quod praecipue in bonis moribus uiuit, quod se per abstinentiam affligit, quod doctrinae Dei uehementius insistit, hoc studiosius cogitet, ne errores scismaticorum sequens a sancta uniuersali ecclesia diuisa possit inueniri.

4. Cf. Ps. 9, 10.

avec les yeux du cœur et alors le plaisir s'insinue insensiblement là-même, et cependant que l'âme pleure ce qu'elle a fait, la malheureuse se dégoûte que nous ayons commis des actions qu'elle pleure. Telles sont les ténèbres de notre cœur que nous supportons bon gré, mal gré, en cette vie. Contre elles, qui chercher, sinon « dans la tribulation le secours en toute occasion<sup>4</sup> ? »

J'ai accueilli très volontiers la question que Ta Charité m'a posée au sujet de son hésitation : les Églises d'Orient suivent-elles la foi et la doctrine de Léon de sainte mémoire, au point qu'il n'y ait pas de division entre elles dans l'assentiment qu'elles donnent à la défense des Trois-Chapitres ? Donc je désire que Ta Charité soit certaine que les très saintes Églises orientales susdites sont attachées d'un seul sentiment, d'un même enseignement à la foi du même Léon de sainte mémoire, et qu'elles gardent et vénèrent avec nous le saint Concile de Chalcedoine, de sorte que personne n'est tenu pour évêque, s'il n'a pas été défenseur et partisan du même Concile. De là vient, en effet, que chaque fois que sont ordonnés des évêques aux quatre sièges principaux, ils s'envoient mutuellement des Lettres synodales, où ils confessent qu'ils gardent le saint Concile de Chalcedoine avec les autres conciles universels ; de même, nous aussi, comme eux, nous détestons et estimons que mérite l'anathème celui qui a l'audace de diminuer sur un point de foi du même concile ou d'y ajouter quelque chose. Car un concile qui a été tenu de façon universelle après Chalcedoine, nous le recevons dans la mesure où, fidèle à ce même Concile, il en conserve en tout l'honneur et l'autorité. Il est donc nécessaire que Ta Dilection qui m'est très chère, au moment même où elle met toutes ses forces à vivre selon le bien, où elle s'afflige par l'abstinence, où elle s'attache avec grande force à l'enseignement divin, veille avec plus de zèle encore à ce qu'on ne puisse la trouver, dans la mouvance des schismatiques,



85 Et quid tot labores proderunt, si in unitate fidei inuenta non fuerit, quae ante omnipotentis Dei oculos in bonis actibus animam praecipue custodit? Hinc enim dicitur: *Vna est columba mea, perfecta mea*. Hinc iterum Dominus ad Moysen ait: *Est locus penes me, et stabis super petram*.

90 Quis est locus qui non sit in Deo, dum cuncta in ipso per quem creata sunt continentur? Sed tamen est locus apud eum, uidelicet sanctae ecclesiae unitas, in qua supra petram statur, dum confessionis eius soliditas humiliter tenetur. De quo loco subiungitur: *Tunc uidebis posteriora mea*. In petra enim, id est in sancta ecclesia, stantes Dei posteriora uidebimus, quando iam ea, quae in fine promissa sunt, caelestis patriae gaudia contemplantur. Peruersi autem homines qui trium capitulorum occasione repperta ecclesiasticam disciplinam fugiunt, de suis carnalibus actibus reprehendi pertimescunt, subesse sedi apostolicae nolunt et nos quasi de fide reprehendunt, quam ipsi nesciunt. Et dum neque in fide recti sunt neque in bonis operibus intenti, student ut certare pro fide uideantur. Sicque fit ut cotidie deteriores fiant, dum in

100 eis culpa grossescit, quae quasi de zelo feruoris uideri etiam laudabilis appetit. Sed iuxta hoc quod scriptum est: *Ex operibus eorum cognoscetis eos uitam eorum tua caritas attendat et meritum intentionis aspiciat*. Vt enim dilectioni tuae de eadem re breuiter loquar, sancta Chalcedonensis synodus usque ad definitionem fidei et prolationem canonum de generalibus causis locuta est. Nam post prolationem canonum specialia episcoporum certamina sopire curauit. Epistulam uero quam in ea reuerentissimus Ibas denegat suam quia in extrema parte synodi

5. *Cant.* 6, 8.6. *Ex.* 33, 23.7. *Ex.* 33, 21.8. *Matth.* 7, 16.

séparés de la sainte Église universelle. Et à quoi serviront tant de travaux si tu n'as pas été trouvé dans l'unité de la foi, toi qui mets toutes tes forces à garder ton âme dans une conduite droite sous les yeux de Dieu tout-puissant? C'est pourquoi il est dit: « Unique est ma colombe, ma parfaite<sup>5</sup>. » C'est pourquoi le Seigneur dit aussi à Moïse: « Il y a un lieu près de moi et tu te tiendras sur le rocher<sup>6</sup>. » Quel lieu ne se trouve pas en Dieu, alors que toutes choses sont contenues en lui qui les a créées? Mais il y a un lieu près de lui, l'unité de la sainte Église, où l'on se tient debout sur le rocher tant que l'on garde humblement la solidité de la confession de l'Église. A ce passage sont ajoutés les mots suivants: « Tu me verras de dos<sup>7</sup>. » En effet, nous nous tenons sur le rocher, c'est-à-dire dans la sainte Église, puisqu'il nous arrivera de contempler des joies de la patrie céleste qui sont promises pour la fin. Quant aux hommes pervers qui, se couvrant du prétexte des Trois-Chartres, fuient la discipline de l'Église, ils craignent d'être repris pour leurs actions charnelles, ils ne veulent pas se soumettre au Siège apostolique et pour ainsi dire nous font des reproches au sujet d'une foi qu'ils ignorent eux-mêmes. Et tout en n'étant ni fidèles dans la foi, ni appliqués aux œuvres bonnes, ils s'efforcent de paraître lutter pour la foi. C'est ainsi qu'ils empirent chaque jour, tandis que grossit en eux leur faute qui s'efforce de paraître digne de louange, comme s'ils étaient animés du zèle de la ferveur. Mais selon ce qui est écrit: « Vous les reconnaîtrez à leurs œuvres<sup>8</sup> », que Ta Charité considère leur vie et observe ce à quoi aboutit leur dessein. Pour en parler brièvement à Ta Dilection, la parole du saint Concile de Chalcédoine recouvre la définition de foi et la formulation de canons sur des sujets généraux. Après avoir proféré ces canons, il a pris soin dans le particulier d'apaiser les différends entre évêques. Mais la lettre que le très révérend Ibas n'admet pas pour sienne, toi tu la

115 iaceat agnoscis. Quae uidelicet epistula Nestorium inau-  
ditum et inquisitione non facta damnatum asserit, Cyril-  
lum uero in Apollinaris dogma cecidisse suspicatur. Et  
si totus superius textus praedictae synodi legitur, quan-  
tum haec epistula eidem synodo aduersatur, inuenitur,  
120 quia scilicet sancta synodus et Nestorium sicut est, hae-  
reticum denuntiat et beatum Cyrillum patrem catholicum  
ueneratur. Quae uidelicet epistula quae illum defendit qui  
a synodo damnatus est et eum accusat qui a synodo  
ueneratus est, procul dubio definitioni sanctae synodi  
125 probatur aduersa. Qui enim tantorum patrum definitis  
non sedatur, sententiae procul dubio aduersatur ecclesiae.

Iam tua sanctitas inde a nobis requisiiuit, ut tibi de  
sacerdotali officio post lapsum resurgendi..., dum dicis  
de hoc canones diuersos te legisse diuisasque sententias,  
130 alias resurgendi alias nequaquam posse... ideo nos, ge-  
nerales synodos qui a Nicaena incipientes cum reliquis  
quattuor ueneramur, quia ipsam sequentes in cunctas  
sententias unianimes concordamus. Nam et nos praece-  
dentes nobis patres sequimur, quia auctore Deo a sacra  
135 doctrina illorum non discordamus. A capite itaque inci-  
pientes usque in quartum altaris ministrum hanc formam  
seruandam cognoscimus, ut, quia minorem maior prae-  
cedit in honore, ita et in crimine, et quem maior sequitur  
culpa, maiori plectatur uindicta, et post paenitentia cre-  
140 datur esse fructuosa. Quid enim prodest triticum semi-  
nare et fructum illius non colligere aut domum construere

reconnais parce qu'elle se trouvait là à la fin du Concile.  
De fait, cette lettre affirme que Nestorius n'a pas été  
entendu et qu'il a été condamné sans qu'une enquête ait  
été faite et soupçonne Cyrille d'avoir succombé à la  
doctrine d'Apollinaire. Or si on lit l'ensemble du texte  
qui précède dans le susdit Concile, on découvre à quel  
point cette lettre s'y oppose : en effet, sans aucun doute,  
le saint Concile désigne Nestorius comme hérétique, ce  
qu'il est en fait, et vénère le bienheureux Cyrille comme  
un Père catholique. C'est pourquoi cette lettre qui défend  
celui que le Concile a condamné et accuse celui que le  
Concile vénère, s'oppose sans aucun doute à la définition  
du saint Concile. Celui qui n'est pas apaisé par les  
définitions de Pères si importants s'oppose sans aucun  
doute à la décision de l'Église.

Ensuite Ta Sainteté nous a demandé, pour ce qui est  
du ministère sacerdotal, de [t'instruire de la possibilité]  
de se relever après la chute : tu dis, en effet, que tu as  
lu à ce sujet des canons différents et des avis divergents ;  
les uns [admettent] la possibilité de se relever, les autres  
disent que c'est tout à fait impossible [xxx]. Nous donc  
vénérons les conciles universels en commençant par celui  
de Nicée avec les quatre autres, car en le suivant dans  
toutes ses sentences nous n'avons qu'un cœur et qu'une  
âme. Car nous aussi, nous suivons les pères nos prédé-  
cesseurs, parce que, avec la grâce de Dieu, nous ne  
dévions pas de leur sainte doctrine. C'est pourquoi, en  
partant de la tête et en allant jusqu'au quatrième ministre  
de l'autel, nous connaissons qu'il faut suivre cette ma-  
nière de faire ; parce que le plus grand précède le plus  
petit en honneur, de même il le précède dans le crime,  
et celui qui est sous le coup d'une faute plus grande est  
châtié d'une peine plus grande ; qu'ainsi par la suite sa  
pénitence soit considérée comme fructueuse. A quoi sert,  
en effet, de semer du froment et de ne pas en recueillir  
le fruit ou de construire une maison sans l'habiter ? Après

et non illic habitare ? Post dignam satisfactionem credimus posse rediri ad honorem propheta dicente : *Numquid qui cadit, non adiciet, ut resurgat ?* et : *Qui auersus est, non reuertetur ?* Id et peccatori ait : *In quacumque die conuersus ingemueris, tunc saluus eris.* Vnde et psalmista ait : *Cor mundum crea in me, Deus, spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Ne proicias me a facie tua, spiritum sanctum tuum ne auferas a me.* Dum enim petiit ne a

150 Deo proiceretur, pro lapsi culpa alienam rex et propheta simul rapuisse uxorem tremefactus expauit ; propheta indicante flagitium suum, paenitentiam agens addidit : *Redde mihi laetitiam salutaris tui, et spiritu principali confirma me.* Si enim se dignum Deo paenitentia non

155 fecisset, nequaquam aliis praedicaret. Ait enim : *Doceam iniquos uias tuas, et impii ad te conuertentur.* Dum enim peccata sua prospexit propheta mundata per paenitentiam, non dubitauit praedicando curare aliena et sacrificium de semetipso offerre Deo studuit, cum dicebat :

160 *Sacrificium Deo spiritus contribulatus.*

Ad haec ista suffecerant. Sed omnis sententia quo plus sacrae scripturae testimoniis confirmatur, facilius creditur. De hoc enim propheta dicit : *Nolo mortem peccatoris sed ut conuertatur et uiuat.* De hoc peccantibus dicitur :

165 *Peccator in quacumque die conuersus ingemuerit, omnes iniquitates eius in obliuione traduntur.* Si enim redemptor noster, qui peccatores non perdere sed iustificare uenit,

9. Ps. 40, 9.

10. Jér. 8, 4.

11. Is. 30, 15.

12. Ps. 50, 12-13.

13. Ps. 50, 14.

14. Ps. 50, 15.

15. Ps. 50, 19.

16. Ez. 18, 32.

17. Ez. 18, 21-22.

une satisfaction digne de ce nom, nous croyons qu'il est possible d'être réhabilité dans son rang. Car le prophète dit : « Est-ce que celui qui tombe ne réussira pas à se relever<sup>9</sup> ? » et encore « Celui qui s'est détourné, est-ce qu'il ne reviendra pas<sup>10</sup> ? » Et il dit au pécheur : « Quel que soit le jour où, t'étant retourné, tu auras gémi, tu seras sauvé<sup>11</sup>. » C'est pourquoi le psalmiste dit : « Crée en moi un cœur pur, Dieu, renouvelle en mes entrailles un esprit droit. Ne me rejette pas loin de ta face, ne me retire pas ton esprit saint<sup>12</sup>. »

En demandant de n'être pas rejeté par Dieu, celui qui était à la fois roi et prophète fut saisi de crainte et de tremblement pour cette faute de pécheur public, avoir enlevé la femme d'un autre. Le prophète lui révélant sa faute, il fit pénitence et ajouta : « Rends-moi la joie de ton salut et confirme moi par l'esprit dans sa force<sup>13</sup>. » En effet, s'il ne s'était pas rendu digne de Dieu par la pénitence, il ne prêcherait pas la parole aux autres. Il dit en effet : « Aux injustes j'enseignerai tes voies et les impies se tourneront vers toi<sup>14</sup>. » Comme prophète, il avait vu d'avance ses péchés purifiés par la pénitence, il n'a pas douté de guérir par sa prédication les péchés des autres et il a mis tout son zèle pour faire de lui-même un sacrifice offert à Dieu, en disant : « Le sacrifice pour Dieu, c'est un esprit broyé<sup>15</sup>. »

Sur ce sujet ces paroles auraient pu suffire. Mais on croit d'autant plus facilement toute pensée qu'elle est davantage confirmée par le témoignage de la sainte Écriture. A ce propos le prophète dit en effet : « Je ne veux pas la mort du pécheur, mais qu'il se convertisse et qu'il vive<sup>16</sup>. » A ce propos il est dit aux pécheurs : « Le pécheur, quel que soit le jour où s'étant retourné il aura gémi, toutes ses iniquités sont livrées à l'oubli<sup>17</sup>. » Car si notre rédempteur qui est venu, non pas pour perdre les pécheurs, mais pour les justifier, a laissé tomber dans l'oubli les fautes des pécheurs, qui parmi les hommes

in obliuione peccantium delicta dereliquit, quis hominum  
 condemnanda reseruet, cum apostolus dicat : *Si Deus*  
 170 *iustificat, quis est qui condemnet ? Ad fontem misericor-*  
*diae recurrentes euangelicam proferamus sententiam :*  
*Gaudebo, inquit, super unum peccatorem paenitentiam*  
*agentem quam super XCVIII iustos, qui non indigent*  
 175 *paenitentia, et ouem perditam, XCVIII non errantibus*  
*relictis, humero ad ouile reportandam. Si ouis errans post*  
*inuentionem ad ouile humero reportatur, cur post poe-*  
*nam ad ecclesiae ministerium non reuocetur quod est*  
*nostrum ? Quid grauius ? Carnale delictum admittere*  
 [quod] sine quo [multis] pauci inueniuntur, aut Dei filium  
 180 timendo negare ? In quo uerbo hunc ipsum beatum prin-  
 cipem apostolorum Petrum, ad cuius nunc corpus indigni  
 sedemus, lapsum esse cognoscimus. Sed post negationem  
 paenitentia secuta est et post paenitentiam misericordia  
 data, quia illum ab apostolatu non distulit, quem ante  
 185 se ipsum negare praedixit. Tibi haec, fili carissime, dicta  
 sufficiant, ut illum quem conspicias delicta fletu delere in  
 conspectu diuinitatis non dubites misericordiam consequi,  
 quia nullum peccantem reuersum non despicit, qui pec-  
 catores sanguine suo redimere uenit.

190 Imaginis eius quam nobis tibi dirigendam per Dulci-  
 dium diaconem tuum rogasti, ualde nobis tua postulatio  
 placuit, quia illum in corde tota intentione quaeris, cuius  
 imaginem prae oculis habere desideras, ut uisio corporalis  
 cotidiana reddat exsertum et, dum picturam uides, ad  
 195 illum animo inardescas, cuius imaginem uidere desideras.  
 Ab re non facimus, si per uisibilia inuisibilia demonstra-  
 mus. Sic homo qui alium ardentem uidere desiderat aut  
 sponsam amando desiderat, quem uidere conatur, si

18. Rom. 8, 33.

19. Lc 15, 7.

pourrait garder quelque chose à condamner, puisque  
 l'Apôtre dit : « Si Dieu justifie, quel est celui qui peut  
 condamner<sup>18</sup> ? » En ayant recours à la source de la  
 miséricorde, mettons en avant la parole évangélique —  
 « Je me réjouirai pour un seul pécheur qui fait pénitence  
 plus que sur quatre-vingt-dix-neuf justes qui n'ont pas  
 besoin de pénitence<sup>19</sup> », et pour la brebis perdue qu'il  
 faut rapporter sur son épaule au bercail en laissant les  
 quatre-vingt-dix-neuf qui ne s'égarèrent pas. Si la brebis  
 égarée, une fois retrouvée, est rapportée sur l'épaule au  
 bercail, pourquoi après le châtement ne serait pas rappelé  
 au ministère de l'Église ce qui relève de nous ? Qu'y a-  
 t-il de plus grave ? admettre le péché de la chair duquel  
 peu de gens sont trouvés indemnes ou renier par peur le  
 Fils de Dieu ? C'est dans cette parole pécheresse, nous  
 le savons, qu'est tombé publiquement le bienheureux  
 prince des apôtres lui-même, Pierre, près du corps duquel  
 nous siégeons maintenant malgré notre indignité. Mais  
 la pénitence a suivi son reniement, et après la pénitence  
 la miséricorde lui a été accordée, car il ne l'a pas écarté  
 de l'apostolat, celui dont il avait annoncé le reniement.

Que ces paroles te suffisent, fils très cher, pour ne pas  
 douter qu'obtienne miséricorde celui que tu vois détruire  
 ses péchés en pleurant devant Dieu, car il ne méprise  
 aucun pécheur qui s'est converti, lui qui est venu racheter  
 les pécheurs par son sang.

Quant à l'image que tu nous a prié par ton diacre  
 Dulcidius de t'envoyer, ta demande nous a beaucoup  
 plu, parce que tu cherches dans ton cœur de toutes tes  
 forces celui dont tu désires avoir l'image devant les yeux,  
 afin que la vision corporelle le rende chaque jour mani-  
 feste : ainsi, en voyant cette peinture, tu brûleras dans  
 ton âme pour celui dont tu désires voir l'image. Nous  
 ne nous écartons pas du vrai, si par les objets visibles  
 nous montrons ce qui est invisible. Ainsi l'homme qui  
 désire ardemment voir un autre ou désire par amour voir

contingit ad balneum ire aut ad ecclesiam, praecedere  
 200 festinus in uia se praeparat, ut de uisione hilaris recedat.  
 Scimus quia tu imaginem Saluatoris nostri ideo non petis,  
 ut quasi Deum colas, sed ob recordationem filii Dei in  
 eius amore recalescas, cuius te imaginem uidere desideras.  
 Et nos quidem non quasi ante diuinitatem ante ipsam  
 205 prosternimur, sed illum adoramus quem per imaginem  
 aut natum aut passum uel in throno sedentem recorda-  
 mur. Et dum nos ipsa pictura quasi scriptura ad me-  
 moriam filium Dei reducimus, animum nostrum aut de  
 resurrectione laetificat aut de passione emulcat. Ideoque  
 210 direximus tibi surtarias duas, imaginem Saluatoris et  
 sanctae Dei genetricis Mariae, beatorum Petri et Pauli  
 apostolorum per supradictum filium nostrum diaconem  
 et unam crucem, clauem pro benedictione. Ab ipso  
 <sis a> maligno defensus, cuius signo te esse munitum  
 215 credis, ut ex eo te protegat, qui iuuenilia ~~f~~assertione~~f~~ te  
 suggerit recordari, ut bonis tuis actibus perseuerans alios  
 in eius accendas amore, per quem solitarium te fecisti  
 habitare, ut, uitata eius malitia qui tibi in corde suggerit  
 retro acta alias, mentis quasi facibus inardescas, pro cuius  
 220 amore uitam etiam uelis finire. Ipse te protegat usque in  
 finem, qui cunctum mundum est dignatus redimere Iesus  
 Christus dominus noster, qui est in saecula.

sa fiancée, s'il arrive que la personne qu'il s'efforce de  
 voir aille au bain ou à l'église, il se prépare à la précéder  
 en toute hâte sur le chemin, pour revenir heureux de  
 cette vision. Nous savons que toi, tu ne demandes pas  
 l'image de notre Sauveur pour la vénérer comme si elle  
 était Dieu, mais, en te rappelant le fils de Dieu, pour te  
 réchauffer dans l'amour de celui dont tu désires voir  
 l'image. Et nous, en vérité, nous ne nous prosternons  
 pas devant cette image comme devant la divinité, mais  
 nous adorons celui dont l'image nous rappelle la nais-  
 sance, la passion ou la session dans sa gloire. Et tandis  
 que la pénitence même, comme une écriture, ramène à  
 notre mémoire le fils de Dieu, ou bien elle nous réjouit  
 l'âme à propos de sa résurrection ou elle l'attendrit à  
 propos de sa passion. Aussi t'avons-nous adressé, par le  
 diacre susdit, notre fils, deux panneaux : l'image du  
 Sauveur et de Marie la Sainte Mère de Dieu et celle des  
 bienheureux apôtres Pierre et Paul, et une croix, qui est  
 comme une clé pour la bénédiction. Sois défendu du  
 malin par celui-là même dont, tu le crois, le signe te  
 fortifie : qu'il te protège de celui qui te suggère avec  
 insistance de te rappeler tes écarts de jeunesse, que ta  
 persévérance dans les actions bonnes allume chez d'autres  
 l'amour qui t'a fait habiter en solitaire ; qu'une fois  
 démasquée la ruse de celui qui te suggère dans ton cœur  
 comment tu vivais autrefois différemment, tu brûles pour  
 ainsi dire des flambeaux de l'esprit, pour l'amour de celui  
 pour qui tu voudrais vivre jusqu'au bout. Qu'il te protège  
 jusqu'à la fin celui qui a daigné racheter le monde entier,  
 Jésus-Christ notre Seigneur, qui existe pour les siècles.

## APPENDIX XI

INTEREA uir Domini Augustinus uenit Arelas, et ab archiepiscopo eiusdem ciuitatis Aetherio, iuxta quod iussa sancti patris Gregorii acceperant, archiepiscopus genti Anglorum ordinatus est; reuersusque Brittaniam misit  
5 continuo Romam Laurentium presbyterum et Petrum monachum, qui beato pontifici Gregorio gentem Anglorum fidem Christi suscepisse ac se episcopum factum esse referrent, simul et de eis quae necessariae uidebantur quaestionibus eius consulta flagitans. Nec mora, congrua  
10 quaesitui responsa recepit, quae etiam huic historiae nostrae commodum duximus indere.

I. Interrogatio beati Augustini episcopi Cantuariorum ecclesiae : De episcopis, qualiter cum suis clericis conuersentur, uel de his, quae fidelium oblationibus accedunt altario, quantae debeant fieri portiones, et qualiter episcopus agere in ecclesia debeat.

Respondit Gregorius papa urbis Romae : Sacra scriptura testatur, quam te bene nosse dubium non est, et  
20 specialiter beati Pauli ad Timotheum epistulae, in quibus eum erudire studuit, qualiter in domo Dei conuersari debuisset. Mos autem sedis apostolicae est ordinatis episcopis praecepta tradere, ut omni stipendio quod accedit quattuor debeant fieri portiones : una uidelicet episcopo  
25 et familiae propter hospitalitatem atque susceptionem, alia clero, tertia pauperibus, quarta ecclesiis reparandis. Sed quia tua fraternitas monasterii regulis erudita seorsum fieri non debet a clericis suis in ecclesia Anglorum, quae auctore Deo nuper adhuc ad fidem perducta est,

1. Cf. *I Tim* 3, 15.

## APPENDICE XI

Pendant ce temps Augustin, l'homme de Dieu, vint à Arles, et en accord avec les ordres reçus du Saint Père Grégoire, fut ordonné archevêque du peuple des Angles par Etherius, archevêque de cette ville. Il retourna en Bretagne, et envoya immédiatement à Rome le prêtre Laurent et le moine Pierre, pour informer le bienheureux pape Grégoire que le peuple des Angles avait accueilli la foi chrétienne et que lui-même était devenu leur évêque. En même temps, il lui demandait son avis sur certaines questions qui lui semblaient devoir être tranchées. Il obtint sans retard des réponses qui convenaient à ses interrogations, et nous avons pensé qu'il convenait de les insérer dans notre Histoire.

I. Question du bienheureux Augustin, évêque de l'église de Kent : comment les évêques doivent-ils vivre avec leur clergé ? Comment les offrandes apportées à l'autel par les fidèles doivent-elles être réparties, et comment un évêque doit-il se comporter dans l'Église ?

Grégoire, pape de la ville de Rome, a répondu : la sainte Écriture, avec laquelle tu es sans aucun doute très familier, témoigne à ce sujet, et spécialement les épîtres de saint Paul à Timothée, où il a pris la peine de l'instruire sur la juste façon de se comporter dans la maison de Dieu<sup>1</sup>. C'est la coutume pour le Siège apostolique de donner ses instructions à ceux qui ont été ordonnés évêques : que tout revenu perçu soit divisé en quatre parts ; l'une pour l'évêque et sa maison en vue de l'hospitalité et de l'accueil, l'autre pour le clergé, une troisième pour les pauvres, une quatrième pour l'entretien des églises. Mais puisque Ta Fraternité a été bien formée par les règles monastiques, elle ne doit pas vivre à part de son clergé dans l'Église des Angles qui, grâce à Dieu, vient d'être convertie à la foi ; elle doit établir la manière

30 hanc debet conuersationem instituere, quae initio nascentis ecclesiae fuit patribus nostris ; in quibus *nullus eorum ex his quae possidebant aliquid suum esse dicebat, sed erant eis omnia communia*. Siqui uero sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se continere non possunt, 35 sortire uxores debent, et stipendia sua exterius accipere ; quia et de hisdem patribus, de quibus praefati sumus, nouimus scriptum, quod *diuidebatur singulis, prout cuique opus erat*. De eorum quoque stipendio cogitandum atque prouidendum est, et sub ecclesiastica regula sunt tenendi, 40 ut bonis moribus uiuant et canendis psalmis inuigilent, et ab omnibus illicitis et cor et linguam et corpus Deo auctore conseruent. Communi autem uita uiuentibus iam de faciendis portionibus uel exhibenda hospitalitate et adimplenda misericordia nobis quid erit loquendum ? — 45 cum omne quod superest in causis piis ac religiosis erogandum est, Domino magistro omnium docente : *Quod superest, date elemosinam, et ecce omnia munda sunt uobis*.

50 II. Interrogatio Augustini : Cum una sit fides, sunt ecclesiarum diuersae consuetudines, et altera consuetudo missarum in sancta Romana ecclesia atque altera in Galliarum tenetur ?

Respondit Gregorius papa : Nouit fraternitas tua Romanae ecclesiae consuetudinem, in qua se memimit nutritam. Sed mihi placet ut, siue in Romana siue in Galliarum seu in qualibet ecclesia aliquid inuenisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere, sollicite eligas, et 60 institutione praecipua, quae de multis ecclesiis colligere potuisti, infundas. Non enim pro locis res, sed pro bonis

2. Act. 4, 32.

3. Act. 4, 35.

4. Lc 11, 41.

de vivre que nos Pères ont suivie au tout début de l'Église : chez eux « personne ne disait lui appartenir en propre ce qu'il possédait, mais tout leur était commun<sup>2</sup> ». Si pourtant certains clercs qui n'ont pas reçu les ordres sacrés ne peuvent vivre dans la continence, ils doivent prendre femme et recevoir un salaire tout en vivant à l'extérieur, car il est écrit à propos des Pères que nous avons mentionnés : « On partageait les biens selon les besoins de chacun<sup>3</sup>. » Il faut aussi penser à leur salaire et y pourvoir, et les garder sous la loi de l'Église : qu'ils vivent ainsi selon les bonnes mœurs, qu'ils s'appliquent au chant des psaumes et, avec la grâce de Dieu, qu'ils gardent leur cœur, leur langue et leur corps de tout ce qui est illicite. Mais à ceux qui vivent en communauté que nous faudra-t-il dire pour la répartition des biens, l'hospitalité, les œuvres de miséricorde ? De fait, tout ce qui est superflu doit être dépensé à des fins saintes et religieuses, comme l'enseigne le Seigneur Maître de tout : « Donnez en aumône tout ce qui est en trop et tout sera pur pour vous<sup>4</sup>. »

II. Question d'Augustin : bien que la foi soit une, les usages sont variés dans les Églises ? Il y a un rite de messe dans la sainte Église romaine et un autre dans l'Église des Gaules ?

Le pape Grégoire a répondu : Ta Fraternité connaît les coutumes de l'Église de Rome où elle se souvient d'avoir été élevée. Mais je souhaite que si tu as trouvé dans l'Église romaine, ou celle des Gaules, ou n'importe quelle autre ce qui peut plaire davantage au Dieu tout-puissant, tu fasses un tri soigneux et que tu répandes par des dispositions particulières dans l'Église des Angles, qui est toute nouvelle dans la foi, ce que tu auras pu recueillir des autres Églises. Car il ne faut pas aimer les choses en raison des lieux, mais aimer les lieux en raison

rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis quae pia, quae religiosa, quae recta sunt elige, et haec quasi in fasciculum collecta apud Anglorum mentes in consuetudinem deponere.

III. Interrogatio Augustini : Obsecro, quid pati debeat, si quis aliquid de ecclesia furtu abstulit.

Respondit Gregorius : Hoc tua fraternitas ex persona furis pensare potest, qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam, qui habentes subsidia furtum perpetrant, et sunt alii, qui hac in re inopia delinquant ; unde necesse est, ut quidam damnis, quidam uero uerberibus, et quidam districtius, quidam autem lenius corrigantur. Et cum paulo districtius agitur, ex caritate agendum est et non ex furore, quia ipsi hoc praestatur qui corrigitur, ne gehennae ignibus tradatur. Sic enim nos fidelibus tenere disciplinam debemus, sicut boni patres carnalibus filiis solent, quos et pro culpis uerberibus feriunt, et tamen ipsos quos doloribus adfligunt habere heredes quaerunt, et quae possident, ipsis seruant quos irati insequi uidentur. Haec ergo caritas in mente tenenda est, et ipsa modum correctionis dictat, ita ut mens extra rationis regulam omnino nihil faciat. Adde etiam quomodo ea, quae furtu de ecclesiis abstulerint, reddere debeant. Sed absit ut ecclesia cum augmento recipiat quod de terrenis rebus uideatur amittere, et lucra de uanis quaerere.

des choses bonnes qui y sont. Choisis donc dans chaque Église particulière tout ce qui est pieux, qui est religieux et qui est droit, et quand tu auras relié tout cela comme en un faisceau, dépose-le dans l'esprit des Angles de façon qu'ils s'y habituent.

III. Question d'Augustin : je te prie de me dire quel châtement doit subir quelqu'un qui a volé quelque chose à l'Église.

Grégoire a répondu : Ta Fraternité peut évaluer d'après la personne du voleur comment il doit être puni, car certains commettent des vols bien qu'ils aient des ressources et d'autres commettent ce délit dans une situation d'indigence. Ainsi les uns doivent-ils être punis par des amendes, d'autres par le fouet, certains plus sévèrement, d'autres plus légèrement. Et quand la punition est un peu plus sévère, il faut agir par amour et non par colère, car on procure ce châtement pour que la personne même qui est punie ne soit pas livrée aux feux de l'enfer. Nous devons maintenir la discipline parmi les fidèles comme de bons pères le font avec leurs enfants selon la chair. Ils les frappent avec des fouets selon leurs fautes et pourtant ceux-là même qu'ils font souffrir, ils désirent en faire leurs héritiers, et ils gardent leurs biens pour ceux-là même qu'ils semblent poursuivre de leur colère. Aussi devons-nous toujours garder la charité dans notre esprit, c'est elle qui doit dicter la façon de corriger, de sorte que l'esprit ne fasse rien hors de ce qu'ordonne la raison. Tu préciseras en outre comment ils doivent rendre ce qu'ils ont enlevé des églises en les volant. Mais loin de nous que l'Église augmente ses biens à partir des réalités terrestres qu'elle semble avoir perdues et cherche des profits à partir de vanités.



III. Interrogatio Augustini : Si debeant duo germani  
90 fratres singulas sorores accipere, quae sunt ab illis longa  
progenie generatae.

Respondit Gregorius : Hoc fieri modis omnibus licet ;  
nequaquam enim in sacris eloquiis inuenitur, quod huic  
capitulo contradicere uideatur.

95

V. Interrogatio Augustini : Vsque ad quotam genera-  
tionem fideles debeant cum propinquis sibi coniugio co-  
pulari ; et nouercis et cognatis si liceat copulari coniugio.

Respondit Gregorius : Quaedam terrena lex in Romana  
100 republica permittit, ut siue frater et soror seu duorum  
fratrum germanorum uel duarum sororum filius et filia  
misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio  
sobolem non posse succrescere, et sacra lex prohibet  
cognitionis turpitudinem reuelare. Vnde necesse est, ut  
105 iam tertia uel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi  
debeat ; nam secunda, quam praediximus, a se omnimodo  
debet abstinere. Cum nouerca autem miscere graue est  
facinus, quia et in lege scriptum est : *Turpitudinem patris  
tui non reuelabis*. Neque enim patris turpitudinem filius  
110 reuelare potest ; sed quia scriptum est : *Erunt duo in  
carne una*, qui turpitudinem nouercae, quae una caro  
cum patre fuit, reuelare praesumerit, profecto patris  
turpitudinem reuelauit. Cum cognata quoque miscere  
prohibitum est, quia per coniunctionem priorem caro  
115 fratris fuerit facta. Pro qua re etiam Iohannes Baptista  
capite truncatus est et sancto martyrio consummatus, cui  
non est dictum ut Christum negaret, et pro Christi  
confessione occisus est ; sed quia isdem Dominus noster  
Iesus Christus dixerat : *Ego sum ueritas*, quia pro ueritate

5. Lév. 18, 7.

6. Math. 19, 5.

IV. Question d'Augustin : deux frères nés des mêmes  
parents peuvent-ils se marier chacun à deux sœurs qui  
ne leur sont pas parentes depuis de nombreuses généra-  
tions ?

Grégoire : ceci est entièrement possible, car on ne  
trouve rien dans les Saintes Écritures qui semble contredire ce point.

V. Question d'Augustin : jusqu'à quel degré de parenté  
les fidèles peuvent-ils épouser leurs proches et est-ce qu'il  
est licite d'épouser sa belle-mère ou sa belle-sœur ?

Grégoire a répondu : une loi de ce monde dans la  
république romaine permet que se marient le frère et la  
sœur, autrement dit le fils et la fille de deux frères ou de  
deux sœurs nés des mêmes parents. Mais l'expérience  
nous a appris que la descendance de tels mariages ne  
peut s'accroître et la loi sacrée interdit de découvrir la  
nudité de la parenté.

Donc il est nécessaire que les fidèles épousent seule-  
ment des parents au 3<sup>e</sup> ou 4<sup>e</sup> degré, car le second degré  
dont nous avons parlé doit totalement éviter l'union.  
C'est un grave péché d'épouser sa belle-mère, car il est  
écrit dans la loi : « Tu ne découvriras pas la nudité de  
ton père<sup>5</sup>. » En effet, le fils ne peut découvrir la nudité  
de son père, puisqu'il est écrit : « Les deux ne seront  
qu'une seule chair<sup>6</sup> », celui qui a l'audace de découvrir  
la nudité de sa belle-mère qui était une seule chair avec  
son père découvre en même temps la nudité de son père.  
Il est aussi interdit d'épouser la femme de son frère,  
parce que, par cette première union, elle est devenue une  
seule chair avec ce frère. C'est pour cette raison aussi  
que Jean-Baptiste fut décapité et trouva sa fin dans un  
saint martyre. Il n'est pas quelqu'un à qui on ait demandé  
de renier le Christ et qui fut mis à mort pour l'avoir  
confessé. Mais puisque le Seigneur a dit : « Je suis la

120 Iohannes occisus est, uidelicet et pro Christo sanguinem fudit.

Quia uero sunt multi in Anglorum gente qui, dum adhuc in infidelitate essent, huic nefando coniugio dicuntur admixti, ad fidem uenientes admonendi sunt, ut se  
125 abstineant, et graue hoc esse peccatum cognoscant. Tremendum Dei iudicium timeant, ne pro carnali dilectione tormenta aeterni cruciatus incurrant. Non tamen pro hac re sacri corporis ac sanguinis Domini communionem priuandi sunt, ne in eis illa ulcisci uideantur, in quibus  
130 se per ignorantiam ante lauacrum baptismatis adstrinxerunt. In hoc enim tempore sancta ecclesia quaedam per feruorem corrigit, quaedam per mansuetudinem tolerat, quaedam per considerationem dissimulat, atque ita portat et dissimulat, ut saepe malum quod aduersatur portando  
135 et dissimulando conpescat. Omnes autem qui ad fidem ueniunt admonendi sunt, ne tale aliquid audeant perpetrare. Siqui autem perpetraverint, corporis et sanguinis Domini communionem priuandi sunt, quia, sicut in his qui per ignorantiam fecerunt aliquatenus toleranda est, ita in  
140 his fortiter insequenda, qui non metuunt sciendo peccare.

VI. Interrogatio Augustini : Si longinquitas itineris magna interiacet, ut episcopi non facile ualeant conuenire, an debeat sine aliorum episcoporum praesentia episcopus ordinari.  
145 copus ordinari.

Respondit Gregorius : Et quidem in Anglorum ecclesia, in qua adhuc solus tu episcopus inueniris, ordinare episcopum non aliter nisi sine episcopis potes. Nam quando de Gallis episcopi ueniunt, qui in ordinatione episcopi

vérité<sup>7</sup> », et que Jean fut mis à mort pour son amour de la vérité, donc il a versé son sang pour le Christ.

Comme beaucoup de gens dans le peuple des Angles, quand ils étaient incroyants, ont contracté, dit-on, ces mariages honteux, ils doivent, quand ils deviennent croyants, être avertis qu'ils doivent pratiquer l'abstinence et savoir qu'il y a là cause de péché grave. Qu'ils craignent le terrible jugement de Dieu de peur d'encourir, à cause de leur amour charnel, les tourments d'une souffrance éternelle. Cependant on ne doit pas pour ce péché les priver de la communion au corps et au sang sacrés du Seigneur, de peur qu'ils ne semblent punis pour des péchés contractés par ignorance, avant d'avoir reçu le bain du baptême. Car de nos jours la sainte Église corrige certaines fautes par zèle, en tolère d'autres par mansuétude, ferme les yeux sur d'autres par sagesse, et les supporte et les cache de sorte qu'en les supportant et en les cachant, souvent elle réprime le mal auquel elle s'oppose. Mais tous ceux qui viennent à la foi doivent être avertis de ne pas avoir l'audace de commettre un tel crime, et, si certains le commettent, ils doivent être privés de la communion au corps et au sang du Seigneur ; car si le péché doit être toléré dans une certaine mesure chez ceux qui l'ont commis par ignorance, en revanche, il doit être poursuivi fermement chez ceux qui ne craignent pas de le commettre sciemment.

VI. Question d'Augustin : si une grande longueur de chemin sépare les évêques au point qu'ils ne peuvent facilement se réunir, est-ce qu'un évêque doit être ordonné sans la présence d'autres évêques ?

Grégoire a répondu : certes, dans l'Église des Angles dont tu te trouves être jusqu'à présent le seul évêque, tu ne peux ordonner un évêque autrement que sans évêques. En effet, quand des évêques peuvent-ils venir des Gaules pour assister comme témoins à l'ordination d'un évêque ?

150 testes adstant? Sed fraternitatem tuam ita uolumus  
 episcopos ordinare, ut ipsi sibi episcopi longo interuallo  
 minime disiungantur, quatinus nulla sit necessitas ut in  
 ordinatione episcopi pastores quoque alii, quorum prae-  
 sentia ualde est utilis, facile debeant conuenire. Cum  
 155 igitur auctore Deo ita fuerint episcopi in propinquis sibi  
 locis ordinati, per omnia episcoporum ordinatio sine  
 adgregatis tribus uel quattuor episcopis fieri non debet.  
 Nam in ipsis rebus spiritalibus, ut sapienter et mature  
 disponantur, exemplum trahere a rebus etiam carnalibus  
 160 possumus. Certe enim dum coniugia in mundo celebran-  
 tur, coniugati quique conuocantur, ut qui in uia iam  
 coniugii praecesserunt, in subsequenti quoque copulae  
 gaudio misceantur. Cur non ergo et in hac spiritali  
 ordinatione, qua per sacrum ministerium homo Deo  
 165 coniungitur, tales conueniant, qui uel in prouectu ordinati  
 episcopi gaudeant, uel pro eius custodia omnipotenti Deo  
 preces pariter fundant?

VII. Interrogatio Augustini: Qualiter debemus cum  
